Item Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto. Indictione tertia, die vigesima prima mensis Augusti. In pleno et generali consilio ciuitatis et insulae Curzulae captum et obtentum fuit per ballotas xxvj. non obstantibus ballotis xxv. in contrarium repertis, quod vigore praesentis reformationis, quicumque per vim acceperit alicui personae aliquid valoris sex grossorum inclusiue infra vsque ad vnum, puniatur in grossis sex. Abinde vero supra puniatur in yperperis quinque; et nihilominus teneatur restituere dictam rem violenter acceptam. Et hoc locum non habeat in animalibus, de quibus est lex specialis.[2]

CAP. CXLV. CONTRA FILIOS, VEL FILIAS INOBEDIENTES PATERNIS MANDATIS.[3]

In quo quidem consilio in Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, Indictione quarta, die decima octaua mensis Februarij coadunato in ipsa ecclesia praenominata, porrecta fuit pro parte quam plurium nobilium ibidem congregatorum et maxime ser. Joannis Radetini, ser. Chriaci Luxae et aliorum quam plurium quaedam petitio in scriptis, tenoris infrascripti:

---

[1] Cf. supra cap. CXVIII. Reform.
[2] Cf. praecepta capp. XII—XIV. Statuti.
[3] Cf. supra cap. III. Reform.

„Suplicasse per parte de ser. Zuanne Radetini, ser. Ciriaco de Luxa, ser. Marin et Zuanne et altri più Zentilomini de Curzola, che se debbia conceder libertà per lu presente conseglio ad cadaun Curzolano et habitator do Curzola, qual hauesse fiolo, ouer fioli inobedienti et spetialmente li quali se partono dal padre senza sua volontà, che niente non possano hauer de beni paterni, ouer materni, ne in vita, ne in morte per vigor de alcun statuto, reformation, ouer leze, che in contrario parlasse; se non tanto quanto el padre de cosi fatti fiol, ouer fioli ad suo beneplacito vorà dare, ouer lassare. Et per simile se intenda de fiole femme vna, ouer più, che fosse.“

Super qua petitione ser. Brancus Joannis Radetini surgens ad arengum contradixit reprouerauit dicens, ipsam petitionem esse factam in fraudem et detrimentum sui, mandato et petitione dicti ser. Joannis sui patris, qui eum decipere intendit et expellere de domo sua; et pro tanto petijt cum protestatione, ipsum a dicta petitione et reformatione excludi, antequam pars vadat et antequam mittatur partitus: petens tunc licentiam a dicto suo patre non velle secum stare. Vnde misso partito diligenter per dictos Dominum comitem et iudices ad bussulas et ballotas more solito et consueto: captum et obtentum fuit per ballotas xlv. non obstantibus x. in contrarium repertis, quod dicta petitio amodo in antea locum habeat et robur autenticae reformationis. Et pro reformatione statuto authentico registretur in quaternis reformationum Curzulae.

CAP. CXLVI. DE ARCUBUS FACIENDIS SUPER STRATIS IN CIVITATE.

Item eodem Millesimo et Indictione, die vero octaua mensis Aprilis. In consilio captum et obtentum fuit per ballotas xl. ballotis xvij. in contrarium repertis non obstantibus, quod quilibet ciuis Curzulensis valeat et possit, ac sibi liceat, si indigebit pro commodo suae habitationis facere et fieri facere super stratis Communis pro aditu de domo ad domum archiuoltum lapideum, siue pontem infra domos, siue muros conuicini sponte consentientis; dum tamen dictum archiuoltum vnum, vel plura sint tantae altitudinis, quod habiliter et expedite sub his deduci valeant vegetes, tinatia et his similia. Et hoc fieri possit super omnes stratas ipsius ciuitatis, exceptis stratis, qua itur circumcirca muros ciuitatis et strata tendens per medium ciuitatis, videlicet qua itur a porta in terram vsque ad turrim Berim.

CAP. CXLVII. DE ORDINE TESTAMENTORUM SERUANDO.[1]

Item captum fuit in eodem Millesimo et Indictione, die vero decima tertia mensis Octobris in consilio, vt moris est, per ballotas li, non obstantibus ballotis quatuor in contrarium repertis, quod nullus possit facere testamentum in scriptis, nisi per manus cancellarij, vbi cancellarius Communis se reperiet, nisi fuerit scriptum manu propria testatoris. Et vbi cancellarius Communis reperiri non poterit et scriberetur manu cuiuscumque alterius, non valeat si lectum non fuerit, antequam ipsum testamentum claudatur ad claram audientiam testatoris et quatuor testium, qui sciant per optime de intentione dicti testatoris reddere testimonium scripturae conforme et concordans; aliter testamentum sit nullum.

CAP. CXLVIII. DE ARMIS ET MONITIONE ARMORUM.[2]

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Indictione quinta et die secunda mensis Februarij. In pleno et generali consilio ciuitatis et hominum insulae Curzulae ad sonum campanae, voceque praeconis more solito in ecclesia Sancti Marci coadunato, in quo fuerunt consiliarij lxiv. captum et obtentum fuit per ballotas lv. non obstantibus ballotis ix. in contrarium repertis, quod quilibet ciuis habitator insulae Curzulae teneatur et debeat habere in domo sua ad tutelam ciuitatis arma, videlicet scutum vnum, siue clipeum, et vnum ensem, aut balistram vnam fulcitam suis necessarijs et sagitis ad minus. Quicumque vero careret nunc his armis, habeat terminum vnius anni a die praescripti computandi sibi prouidendi et emendi. Et regimen teneatur vinculo iuramenti in fine dicti anni de his armis facere discussionem et videre monstram. Et quilibet qui repertus fuerit non habere, vt praemittitur, puniatur statim et de facto per ipsum regimen in yperperis x. de quibus emantur arma in ipso Communi ad prouidentiam regiminis necessaria et vtiliora ipsi Communi. Et Regimen, quod pro tempore fuerit in posterum teneatur dicto vinculo de sex mensibus in sex menses circa finem cuiuslibet iudicatus de praedictis facere discussionem et videre monstram, vt supra; et repertos negligentes, vt supra punire.

---

[1] Cf. supra cap. XLVI. Statuti. Quoad testamenta, tempore pestis condenda, cf. infra cap. CXCI. Reform.

[2] Reformatio haec bis registrata esse videtur, et quidem sub cap. praesent atque cap. CLXXXIX. Reform. inferius citato.

CAP. CXLIX. DE REUOCATIONE PARTIS, QUOD STABILIA NON POSSINT RELINQUI ECCLESIJS.[1]

Item Mccccxxx. Indictione viij die xvj. mensis Januarij. In consilio, vt moris est, captum fuit per ballotas lx. una ballota in contrarium reperta non obstante, quod pars alias capta in consilio Curzulae, quod nullus modo aliquo relinquere, nec testari non valeat ecclesiae aliqua bona stabilia etc. vti patet et parte ipsa canetur etc. Quod pars ipsa de caetero non seruetur, nec locum habeat modo aliquo; imo vigore praesentis consilij et reformationis sit cassa et annullata; ita et taliter, quod quilibet possit de caetero relinquere et testari bona sua quaecumque stabilia ad libitum voluntatis.

CAP. CL. QUOMODO MULIERES TESTARI POSSINT DE DOTE EARUM.

Item in dicto consilio captum fuit per ballotas xxxiv. non obstantibus ballotis xxvj. in contrarium repertis, quod aliqua mulier, cuiuscumque conditionis existens, nupta fuerit cum dote quauis non habens haeredem filium, uel filiam viuentem, non possit testari dicto eius marito, nec alteri cuius personae extra dotantes, nisi tertiam partem suae dotis, reliquae vero duae partes deueniant pleno iure in illos, qui illam dotauerunt. Si vero habuerit haeredes filium vel filiam, vnum vel plures et morerentur in pupilari aetate omnes, tunc eo casu eueniente pater habeat medietatem ipsius dotis et alia medietas pleno iure reuertatur in dotantes praedictos, aut in eorum haeredes et successores. Non derogando tamen statuto de uiro viduato, et vxore viduata.[2]

CAP. CLI. QUOD NULLUS CONFIDERET IN VXOREM ABSCONDITO ALIQUAM ABSQUE VOLUNTATE PROXIMIORUM.

Item captum fuit in eodem consilio per ballotas l. tribus ballotis in contrarium repertis non obstantibus, quod nullus cuiuscumque conditionis existat, de caetero modo aliquo praesumat, modo abscondito affidare in eius vxorem aliquam puellam, vel mulierem in insula et districtu Curzulae absque expressa scientia et voluntate proximiorum consanquineorum dictae mulieris, siue puellae, poena affidanti, si fuerit nobilis, yperperorum centum, si vero fuerit popularis yperperorum l. quam poenam immediate ipso contrafacto soluere debeant delinquentes antequam exeant de carceribus. Et si

[1] Cf. revocatam hanc reformationem superius cap. XV. Reform.
[2] Cf. cap. XLII. et XLIII. Statuti.

non habuerint vnde solvere, quod eis abscindatur loco primitus vna eorum auris, aut auricula. Et mulier siue puella consentiens perdat immediate omnes dotes suas, quae deuenire debeant pro medio Communi Curzulae et alio propinquioribus consanquineis suis absque quorum voluntate et scientia fidata, seu considerata fuerit. Saluo et reseruato, si legitime monstrauerit iudicio, quod ex negligentia consanquineorum non curantium illam nuptui tradere huiusmodi confederatio subsecuta fuerit.

CAP. CLII. DE REFUTATIONE ANIMALIUM INTER PATRONUM ET PASTORES.[1]

Item eodem Millesimo et Indictione, die xx. mensis Augusti. In pleno et generali consilio ciuitatis et insulae Curzulae in ecclesia Sancti Marci coadunato more solito ad sonum campanae, voce praeconis captum fuit per ballotas xxxij. non obstantibus ballotis xiij. in contrarium repertis, quod Statuto de pastoribus posito in volumine Statutorum Curzulae ad capitulum CXLIV. vbi non declaratur tempus, quando pastor habeat nuntiare patrono, de refutatione animalium, aut quando patronus nuntiare debeat pastori, quod ipsum pastorem renuit, quod approbatur per consuetudinem vsitatam hoc fieri debere in tonsura animalium etc. addatur dicto statuto, quod si pastor non nuntiauerit patrono animalium in tonsura lanarum coram duobus testibus vocatis, quod procuret de alio pastore, quia ex nunc sibi animalia pascenda refutat, non possit illa animalia dimittere ab eius custodia pro toto alio anno sequenti. Et per simile patronus teneatur in dicta tonsura nuntiare pastori, si ipsum in eius pastorem amplius habere noluerit, vt procuret sibi de alio patrono, quia ex nunc ipsum renuit, alias non possit ipsum pastorem a custodia ipsorum animalium expellere per annum sequentem praedictum.

CAP. CLIII. PRO PASCULIS VETITIS IN PARTIBUS CHNESE.[2]

Item Mcccxxxi. Indictione ix. et die viij. mensis Januarij. In pleno et generali consilio captum fuit per ballotas lvj. non obstantibus ballotis vj. in contrarium repertis, quod pro declaratione illius statuti loquentis de bando in Chnese ad capitulum CXVI. addatur haec particula infrascripta, videlicet, quod bandi, confinia et gades esse intelligantur, incipiendo a civitate vsque ad vallem Racischiae

[1] Cf. cap. CXLIV. Statuti.
[2] Cf. cap. CXVI. Statuti.

per totum a parte maris in longitudine et in amplitudine a mari versus montes, per tantum, quantum monstrabunt confinia siue termini et signa ponenda per deputatos per regimen; infra confinia et signa sint gades amodo in antea, vbi nec de die, nec de nocte modo aliquo intrare non valeant animalia minuta, vti sunt caprina et pecudina sub eadem poena, que continetur in dicto Statuto. Et regimen teneatur vinculo iuramenti singulis annis offciales inquisitores super his facere, qui habeant potestatem inquirendi, perscrutandi et inueniendi et culpabiles dandi. Et habeant partem iuxta formam Statuti. Et hoc solum dicitur pro animalibus minutis. Animalia vero maiora dictae poenae nullo modo subiaceant. Et regimen statim deputauit infrascriptos ad ponendum dicta confinia.

CAP. CLIV. CONTRA EMENTES MUSTUM IN HERBA.

Item captum fuit in dicto consilio per ballotas lvj. non obstantibus ballotis v. in contrarium repertis, quod nullus, tam ciuis quam forensis possit emere in Curzula vinum mustum in herba, videlicet ante tempus vindemiarum minori praetio grossorum octo, poena perdendi mustum totum, quod emerit, Communi Curzulae applicandum, et vltra soluendi nomine poenae duplum totius pretij facti de dicto musto pro medietate Communi et alia accusatori, et venditor sit semper in primis, et si accusauerit habeat, vt supra medietatem dictae poenae.

CAP. CLV. DE FACIENTIBUS LAS PRO SEMINANDO, QUI DENT QUINTUM.

Item eodem Millesimo et Indictione, die vero viij. Aprilis. In consilio congregato in ecclesia Sancti Marci ad sonum campanae, vt moris est, captum fuit per ballotas ij. ballotis xj. in contrarium repertis non obstantibus, quod nullus possit nemus incidere, las faciendo pro seminando in aliquo loco alieno in insula Curzulae, nisi dederit ad minus quintam partem patrono terrae, poena yperperorum quinquaginta pro medietate Communi et alia accusatori applicandorum.

CAP. CLVI. QUOD ANIMALIA MAIORA DAMNANTIA SOLUANT GROSSOS VI.[1]

Item in eodem Millesimo et Indictione, die Jouis xvj. mensis Augusti. In pleno et generali consilio, vt supra captum fuit per ballotas xxxvij. non obstantibus ballotis xxij in contrarium repertis,

[1] Cf. etiam capp. XCI. CXVIII. atque cap. CXXXI. Statuti.

quod amodo in antea omne animal maius, videlicet equinum, bouinum, asininum reperiendum in campis vinearum pascere, soluere debeat, et in poenam incidat, tam de die, quam de nocte in grossos sex pro vnoquoque capite. Et pudarij deputati teneantur accusationem fácere infra terminum dierum octo a die damni illati; infra quem terminum si non fecerit, cadat in poenam yperperorum v. pro medietate Communi et alia accusatori. Qui pudarij teneantur ad emendantionem de omnibus et singulis damnis in vineis et arboribus possesisonum eorum custodiae suppositarum super eorum proprijs bonis, nisi monstrauerint patrono damnum passo, damnum dantes et vltra emendationem damni ipsi pudarij soluere debeant poenam, quam damnificantes huiusmodi perluere tenebantur.

CAP. CLVII. QUOD PATRONI POSSESSIONUM POSSINT RETINERE ANIMALIA.

Item captum fuit similiter, quod si quod animal maius ex praedictis vnius, vel plures reperirentur damnum dare in vua, vineis, vel arboribus per patronum vineae, vel eius famulum, vel alium de eius familia, capi possint talia animalia damnum dantia, sequestrari et retineri, vel ad curiam duci et non relaxari modo aliquo, donec dicto patrono satisfactum fuerit integre, tam de emendatione damni, quam de parte poenae, videlicet medietatis vj. contingenti. Et semper sacramento stet reperientis praedictorum.

CAP. CLVIII. QUOD NEMO VADAT PER CAMPOS VINEATOS AD COLLIGENDOS ALIENOS RACEMOS REMANSOS POST VINDEMIAS.

Item captum fuit nemine discrepante, quod amodo in antea aliquis non possit ire per campos vinearum post vindemias, vti in elapsum est permissum, recuperando racemos remansos in alienis vineis, poena yperperorum v. pro quolibet contrafaciente, ad quam poenam similiter incidant pudarij, qui contra dictos delinquentes accusationem non fecerint.

CAP. CLIX. DE CONSIGNATIONE SIGILLI IN MANU ANTIQUIORIS IUDICIS.

In Christi nomine Amen. Mccccxxxij. Indictione x. die penultimo mensis Decembris. In pleno et generali consilio ciuitatis et insulae Curzulae ad sonum campanae voceque praeconis more solito in ecclesia Sancti Marci de Curzula coadunato, in quo fuerunt consiliarii vltra quinquaginta quinque, praesentata fuit quaedam ducalis bulla et littera ex parte dominitionis Venetae in missis domino Francisco Georgio Comiti Curzulae per ser. Marinum Zilio Amba-

sciatorem ex Venetijs redeuntem, ex qua littera Ducali inter caetera praecipitur dicto domino Comiti, vt sigilum Communis Curzulae maius seruetur in manu maioris iudicis Curzulae, secundum formam Statuti. Et ideo dictus dominus Comes, volens dictis mandatis Ducalis dominationis parere, vt decet, ipsis litteris reuerenter acceptis dictum sigillum Communitatis maius, immediate restituit ser. Ciriaco Luxae iudici antiquiori, qui illud manualiter recepit.

CAP. CLX. RELEUATIO ET APPROBATIO CONSUETUDINUM ANTIQUARUM CURZULAE.

Item eodem Millesimo et Indictione et die xviij. mensis Februarij. In generali consilio suprascripto, vt supra coadunato et congregato, in quo quidem consilio lectae, expositae et declaratae fuerunt consuetudines antiquae infrascriptae in scriptis resumptae et redactae per nobiles deputatos et per ipsos productae in ipso consilio, vt per ipsum consilium ipsae consuetudines approbentur et autenticentur. Quibus quidem consuetudinibus, vt supra in scriptis productis, in ipso consilio lectis et expositis et super illis diligenter posito partito per regimen ad bussulos et ballotas super dictis, et qualibet dictarum, et infra scriptarum et notataruum captum et obtentum fuit per omnes, nemine discrepante, quod dictae infrascriptae consuetudines vsitatae, quae in scriptis primo non reperiebantur ex nunc notentur, vt infra in praesenti libro reformationum, quae in posterum serventur pro veris statutis, legibus et reformationibus inuiolabiliter. Quae quidem consuetudines, imo verius leges seruandae, haec sunt et huiusmodi tenoris.

CAP. CLXI. DE FALSANDO RATIONES COMMUNIS CUM COMITIBUS OMNI IUDICATU.

Item quod quilibet iudicatus pro tempore futuro teneatur vinculo iuramenti, antequam de offitio iudicatus exeant iudices omnes, coadunati simul cum nobilibus vocatis ad beneplacitum, sex ad minus ponere calculum rationis cum domino Comite ex omni eo, quod ipse perceperit de eius salario, de quo nil recipere valeat modo aliquo, nisi per manus camerarij Communis deputati.

CAP. CLXII. DE IMMUNITATE CURZULENSIUM PRO SOLUTIONE TRIGESIMI.

Item, quod Curzulenses vnus, vel plures ementes mustum, seu vinum cuiuscunque quantitatis in Curzula a quocumque Curzulense seu Curzulensibus, siue habitatoribus, quod mustum siue vinum

conseruarent in Curzula, aut venderent, vel extraherent, grauari non possint a trigesimarijs pro trigesimo soluendo, nec emptores, nec venditores Curzulenses. Et quod dictum est de vinis, similiter dicitur de animalibus minutis et maioribus, de nauigijs, barcis et zopulis vendendis inter Curzulenses et rebus alijs, quibuscunque emendis et mittendis in Curzulam per Curzulenses, necessarijs pro vsu mittentium et ementium et domus eorum. Et quilibet habitans Curzulam et ibi possidens bona quaeuis stabilia reputetur Curzulensis et pro Curzulense in huiusmodi casibus pertractetur.

CAP. CLXIII. DE SOLUTIONE TRENTESIMARI SOLUENDI PER FORENSES EMPTORES.

Item similiter, quicunque quantitatem quamcumque valoris cuiusuis de introitibus suis et prouentibus forensibus quibusuis, non teneatur talis Curzulensis vendens aliquid pro trentesimo soluere nuntiando de venditione trentesimarijs. Sed forensis emptor semper teneatur trigesimum integre soluere.

CAP. CLXIV. DE EXCUSANTIBUS SE RESPONDERE IN IUDITIO PROPTER VIAGIUM.

Item quod quilibet debitor, siue reus cuiuscumque creditoris, siue actoris, qui citatus, siue reclamatus fuerit responsurus de iustitia coram regimine per duos dies, antequam recessurus sit de portu Curzulae ad aliquod viagium sequendum, non possit modo aliquo se excusare, quod respondere non teneatur actioni occasione viagij sequendi; sed teneatur per se, vel eius procuratorem dicto actori legitime respondere aliter regimen procedere teneatur ad instantiam actoris contra talem, vt supra citatum, tamquam contra contumacem, ad sententiam et vlteriora.

CAP. CLXV. DE ORDINE INTROMISSIONIS ET DELIBERATIONIS INTROMISSORUM.[1]

Item, quod vnaquaeque sententia, iudicialiter aut voluntarie facta per regimen ad petitionem creditoris contra debitorem, seu debitores, tunc legitime citatos, executioni mandetur hoc modo, videlicet, quod audita peticione petentis executionem sentenciae et audita responsione debitoris siue rei non opponentis exceptionem iam factae solutionis et habitae quietacionis, aut factae et non probatae legitime infra terminum sibi prefixum, sententia illa vna vel plures tunc per regimen statim dentur in manibus iustitiarij

[1] Cf. Cap. CXLIX. Statuti.

deputati, qui illa recepta sententia ex se ipso nomine creditoris requirere debeat debitorem, si vult statim soluere pecuniam iuxta tenorem sententiae, quam si non statim soluerit, iustitiarius tunc intromittat bona debitoris cum ordine infrascripto. Primo mobilia domus et si mobilia deficerent, tunc vinum de canepa, et si vinum deficeret, tunc possesiones, et si possesiones deficerent, tunc vltimatum domum intromittat. Et cui omnia praedicta deficerent, tunc ad instantiam creditoris debitor carceribus recludatur, non relaxandus, donec creditori satisfactum fuerit integre. Et si aliter intromissio facta fuerit, sit nullius valoris. Qua intromissione facta iustitiarius notare faciat illam diligenter et per ordinem in cancellaria Communis manu cancellarij et iurati notarij deputati, eidem relaxans dictam sententiam intromissam, recidendam et annullandam. Et ex inde de bonis intromissis, per ipsum cancellarium Communis ad petitionem creditoris, extrahatur cedula incantus breuiter continens tenorem sententiae, debiti et bonorum intromissorum. Quae cedula de mandato regiminis detur in manibus plazzarij Commnnis, qui publice proclamando incantet et declaret breuiter tenorem cedulae incantus ipsius. Quae bona intromissa, vt supra deliberari non possint nisi decursis terminis infrascriptis; videlicet mobilia valoris a perperis xij infra, inclusiue termino dierum octo a die factae intromissionis continuandorum. A duodecim vero supra mobilia et stabilia quanticumque valoris termino vnius mensis et vnius diei; quibus terminis elapsis ad instantiam creditoris, requisito primo ipso debitore et sibi nuntiato de deliberatione bonorum in incantu contentorum, die festiuo in loco publico coram astantibus, teneatur regimen, videlicet dominus Comes cum praesentia et consensu adminus vnius iudicis praemisis tribus nutis peremptorie fiendis per ipsum plazarium et praeconem Communis, dicto creditori, aut alteri plus offerenti et danti et de praesenti soluenti, eidem porrecto baculo in signum plenarij iuris acquisiti, bona ipsa, vt supra intromissa deliberare iure proprio in perpetuum. Quae deliberatio et venditio nullo modo rumpi possit. Et si aliter fieret, deliberatio ipsa et venditio sit nulla.

CAP. CLXVI. DE ORDINE SERUANDO IN VENDITIONE PIGNORUM MOBILIUM.

Item, quod pignora quaecumque mobilia valoris quantaecumque quantitatis, quae de consensu regiminis per manus cuiuscumque creditoris consignarentur ad incantandum et vendendum in manibus plazarij publici Communis, incantari et vendi debeant hoc modo, videlicet, quod plazarius recipiens ipsa pignora, illa portare debeat

in manibus publice per ciuitatem offerendo et monstrando omnibus, illa esse vendenda per dies octo proxime subsecuturos a die receptionis illorum numerandos. Post quem terminum regimen habita relatione ab ipso plazario de decursione dicti termini et de denuntiatione facta debitori de deliberatione fienda, teneatur ad instantiam creditoris, quod primo voluerit, die festiuo ipsa pignora deliberari facere creditori, aut alteri plus offerenti et immediate soluenti. Et si pignora ipsa pro quantitate debita creditori non venderentur, debitor cogatur dare pignora sufficientia pro integra satisfactione creditoris vendenda, vt supra, pro quorum exactione patronus pignorum, debitor, habeat semper terminum dierum octo proxime subsecutorum a die deliberationis factae ad deliberandum. Quo elapso termino pignora ipsa remaneant libera in potestate emptoris absque alicuius obstaculi impedimento. Hoc addito, quod forensis non habitans in Curzula non possit pignora ipsa emere.

CAP. CLXVII. DE PROBATIONE DUORUM TESTIUM FIDE DIGNORUM.

Item, quia ore Dominico dicitur, in ore duorum vel trium constet omne verbum, repertum est esse consuetum et seruatum et nunc in antea pro statuto decernimus esse seruandum, quod probatio duorum ad minus testium fide dignorum, se in eorum dictis attestantium et conformantium, probantiumque de visu et auditu et non attinentium in consanquinitate plus vni, quam alteri partium litigantium in qualibet causa ciuili et criminali plene sufficiat. Et si quis produxerit iuditialiter testes in scriptis, quos paenes cancellarium reliquerit scriptos, aut scribendos et inde a cancellario recedens et ad eum deinde reiterato reuertens alios diuersos testes super vna eadem intentione probanda addere voluerit, non valeat hoc facere, nec cancellarius sibi illos recipere debeat modo aliquo. Non propterea infringendo tamen in aliquo statutum disponens de testibus.[1]

CAP. CLXVIII. DE EXPEDITIONE IURE SUMMARIO SERUANDO FORENSIBUS.

Item, quod quicumque, tam ciuium Curzulae, quam forensium vocatus fuerit coram iudicio Curzulae responsurus petitioni cuiuscumque forensis, in insula non habitantis, petentis habere quantitatem quamcumque pecuniae, mercimoniae, vel bonorum aliorum

[1] Dispositio haec facta est per reformationem superius cap. XXV. Reform. citatam.

quorumcumque mobilium, vigore mutui, aut trafici, vel compagniae, vel ex pretio venditionis sibi factae, aut vigore restitutionis sibi debendae de re sibi data ad seruandum, vel similia; tunc dictus vocatus coram ipso regimine teneatur statim absque termini dilatione summarie respondere, non obstantibus ferijs, vel obstaculis alijs dilatorijs quibuscumque, quae in his casibus decreuimus locum non habere et rationes trafici, seu compagniae monstrare et calculum rationis ponere. Et regimen teneatur vinculo iuramenti super his summarie procedere contra debitorem ad sententiam, quam reus sententiatus, nisi primo integre satisfecerit creditori, appelare non possit, nec eius appellatio admitti: sed facta satisfactione integra creditori de contentis in sententia, ipsa tunc appellatio dicti appellantis per regimen debeat recipi et admitti cum praefixione idonei termini ad prosequendum. Et cogatur per regimen creditor ad dandum statim fideiussores idoneos, ad libitum appellantis de stando et parendo iuri in prosecutione et euentu litis ipsius sententiae appellanti; aut ad deponendum immediate quantitatem ipsam receptam paenes camerarium Communis per eum tunc seruandum mandato regiminis, vsque ad ipsius litis terminationem. Et quod supra dictum est in fauorem forensium, id simile dicimus seruandum contra ipsos forenses, vocandos in iuditio per quoscumque nostrates.

### CAP. CLXIX. DE POENA NON CONSIGNANTIUM TRAMISSA.

Item, quod quicumque receperit aliquod tramissum cuiuscumque valoris et quantitatis ab aliqua quacumque persona destinante vndecumque ad aliquam nominatam personam, tam Curzulae, quam alibi commorantem teneatur et debeat statim, quam primo ad locum, vbi personae illae, quibus mittitur stabunt, applicuerit sine temporis intermissione tramissum et bona illius integre absque dimiuntione et lesione praesentare, et consignare iuxta commissionem sibi factam, poena yperperorum quinque refectione damnorum, expensis et interesse. Et si inuenietur bona ipsius tramissi retinuisse et eius vsui deputasse, bona illa, vel partem illorum abscondisse et negasse, cadet ad poenam praedictam et ad refectionem rei in duplum, cum refectione damnorum et expensarum et interesse.

### CAP. CLXX. QUOD POENAE INUICEM ACCUSANTIUM APPLICENTUR INTEGRE COMMUNI.

Item, quod omnes, et singulae poenae condemnationum criminalium cuiuscumque quantitatis, latarum per regimen Curzulae, contra

quoscumque condemnatos accusatos ad inuicem de iniurijs, seu malefitijs, per vnum contra alium vicissim illatis, per regimen exigantur integre et Communi Curzulae integre applicantur; et accusatores ipsi se vt supra ad inuicem accusantes petere non possint, nec habere de his aliquam partem.

CAP. CLXXI. DE SOLUTIONE OPERIS MERCENARIORUM CONDUCTORUM.

Item quod nullus operarius, seu mercenarius, qui alicui laborando mercede diurna ligonizaret terram, vel vineam, vel alia similia laboreria faceret, petere possit pro eius mercede diurna, nisi tantum solidos quatuor et expensas victus, poena tam mercenario conducto, quam patrono conducenti, si secus fecerint yperperi vnius, pro medietate Communi et alia accusanti, in quam poenam incurrat iterum patronus conducens, si dictam mercedem diurnam dicto mercenario conducto dare contempserit ea hora serotina, qua ab opere declinauit.

CAP. CLXXII. DE POENA MERCENARIORUM NON SERUANTIUM PACTA.

Item, quod quicumque operarius, vel mercenarius promiserit et se obligauerit alicui ligonizare, laborare et operam mercenariam dare dicendo: „iuuabo te tot diebus, vel tali tempore;“ vel dicendo: „veniam, te iuuare cras, vel altera die,“ et similibus, et non venerit, nec iuuauerit seruando promissionem et accusatus fuerit per illum, cui promissio huiusmodi facta est; cuius sacramento cum probatione vnius testis idonei de promissione credatur; soluat nomine poenae pro quolibet et vice qualibet grossos sex, pro medietate Communi et alia accusanti.

CAP. CLXXIII. DE CONSIGNATIONE MUSTI AD CHAZAM ET BLADI AD ARRAM.

Item, quod quilibet laborator possessionum alienarum quarumcumque, de quibus tenetur patrono reddere partem, teneatur et debeat partem, patrono contingentem de musto ad chatiam, de blado vero ad arram iuste et aperte consignare absque fraude. Et non valeat laborator bladum triturare, vel battere absque licentia et scitu patroni poena yperperorum quinque pro quolibet contrafacienti et vice qualibet.

CAP. CLXXIV. DE ORDINE SERUANDO PER PATRONOS BARCARUM.

Item quod quilibet patronus, constitutus ad patronizandum et gubernandum nauigium quodcumque alienum, seu barcam quamcumque alienam teneatur et debeat infra dies octo, tunc proxime

futuros, connumerandos a die primo, quo Curzulam venerit viagio facto, si per tot dies remansurus sit Curzulae non secuturus aliud viagium, sin autem antequam recedat de portu Curzulae, ponere calculum rationis, tam cum patrono nauigij, seu barchae, quam cum suis marinarijs et illis et ipsorum cuilibet soluere id, quod de iure eis competit mercede ipsius perfecti viagij. Et non valeant similes patronizantes nauigia ipsa, seu barcas ipsas eis comissas dimittere, vel relaxare alibi, quam in portu Curzulae, vbi si resignare voluerit, teneatur illa, seu illas mundas et bene armizatas in ipso portu domino suo relaxare poena yperperorum quinque pro quolibet contrafaciente et vice qualibet refectione omnium damnorum, expensarum ac interesse occurentium.

CAP. CLXXV. DE PRETIO BARCHIZANTIUM VINUM EX SAUALATIZA ET PRIGRADIZA.

Item, quod quilibet barchizans et cum barcis portans tempore vindemiarum vassellamina, tam vacua, quam plena mustis, tam a ciuitate vsque Saualatizam et Prigradizam, quam a Saualatiza et Prigradiza vsque ad ciuitatem, recipere debeat premium suae mercedis praetansatum in hunc modum, videlicet pro quolibet vassello pleno capacitatis modiorum nouem, vsque ad modios vndecim solidos octo, pro vacuo vero solidos quatuor, pro vegeticulo vero, tam maioris capacitatis, quam minoris, soluat sibi pro rata, tam vacui, quam pleni secundum pretium suprascriptum. Qui vero plus acceperit, cadat in poenam yperperi vnius pro medietate Communi et alia accusanti.

CAP. CLXXVI. DE PRETIO PORTANTIUM BLADUM AD MOLENDINUM.

Item similiter, quod portantes blada ad molendina habere debeant a patronis mittentium pro eorum mercede pro vnoquoque sacco farinae posito super molo, capacitatis vnius modij, solidos octo: et si minoris aut maioris portaturae et capacitatis, soluat sibi pro rata; et si quis plus peterit et acciperet, incurrat poenam yperperi vnius.

CAP. CLXXVII. DE ORDINE SIMIACI ET CELNICHI.

Item consuetum est semper seruatum et pro statuto et lege in futurum volumus inuiolabiliter obseruari, quod nullus celnich, siue pastor modo aliquo possit pascere animalia minuta noctis tempore iuxta simiacum alienum per dimidium miliare, incipiendo a die primo

Septembris, in quo termino quilibet teneatur renouare, praeparare et in ordine ponere simiacum, quod illo anno habitare voluerit, vsque quo illud habitatum fuerit, poena yperperorum quinque pro quolibet et vice qualibet. Et si quis plura simiaca habuerit super territorio Communis, quae ipsae non habitaret, non valeat alijs vitare, quin et alij in illis habitent. Et simiacum modo aliquo fieri non possit, nisi longe a vineis adminus per miliare vnum in Blata, in alijs vero villis per miliare dimidium a quatuor ventis; nec nemus incidere causa las faciendi super territorio Communis, nisi incidens terram propriam poena yperperorum decem. Et simiacum positum super territorio Communis remaneat semper post diuisionem pastorum pastori, qui plura animalia haberet inter socios. Et in simiaco, vt supra super territorio Communis posito, dimisso et relaxato inhabitato per tres annos, nullus petere possit sibi actionem.

CAP. CLXXVIII. DE LOCIS, VBI FIERI NON POTEST LAS, NEC IGNIS PONI.

Item, quod nullus modo aliquo audeat, vel praesumat incidere las et ignem imponere super territorio Communis infrascripto, videlicet incipiendo a puncta Raxan, vsque ad Gherdam lucam districtus Blatae et a Strethia luca, vsque Priualam poena yperperorum vigintiquinque pro quolibet et vice qualibet.

CAP. CLXXIX. DE ACCUSIS FIENDIS CONTRA PROXIMIORES DAMNORUM.

Item, quod si quod damnum reperiretur fore datum in quibuscumque vtilibus per animalia quaecumque et damnum passus probare non valuerit de ipsis damnum dantibus, sed damnum suum monstauerit evidenter et accusam fecerit contra proximos, ibi propinquius quaecumque animalia detinentes et illós monstrauerit per testes esse proximiores loco, vbi damnum datum est, tunc tales proximiores teneantur succumbere poenae et damni emendationem, nisi se excusando legitime probauerint, per alios ipsum damnum fore datum, aut alios ibi prope pasculasse et animalia detinuisse tunc temporis damni illati, aut alios ibi esse proximiores, quo probato sint probantes absoluti et condemnandi veniant illi, contra quos huiusmodi probatio facta fuerit, ad emendationem damni et ad poenam iuxta formam Statuti Curzulae.

CAP. CLXXX. DE ORDINE ESTIMANDORUM DAMNORUM.

Item, quod si quis peteret coram regimine, aut parte maiori regiminis estimatores sibi deputari estimaturos aliquod damnum suum aut reuisuros existimationem malefactam, tam per alios depu-

tatos estimatores, quam per posticios, seu pudarios, quod regimen tunc teneatur deputare et transmittere vnum, vel plures idoneos et fide dignos homines, nulli partium suspectos, qui vinculo praestiti iuramenti teneantur statim personaliter adeuntes damnum videre et estimare iuridice secundum puram eorum conscientiam. Et exinde ad petitionem petentis ipsam existimationem notari faciant in cancellario Communis, notitia primo facta dicto regimini, de quorum estimatorum labore et mercede regimen prouideri faciat ad expensas damnum dantis secundum parere ipsius regiminis. Et estimatio facta si opus fuerit ad petitionem cuiuscumque partis conquaerentis reuideri possit per alios deputandos semel tantum. Et estimatores qui cogniti fuerint male estimasse, nullam habeant pro eorum mercede solutionem.

CAP. CLXXXI. DE ORDINE POSTICHIORUM ET OFFICIO ILLORUM.

Item, quod de damnis datis in bladis repertis per postichios, qui de illis estimationem facient, soluere teneantur damnum dantes hoc modo et ordine dictis postichijs, videlicet, pro omni animali magno grossum vnum; et pro omni decima animalium minutorum grossum vnum, quam poenam, seu accusam diuidere teneantur postichij ipsi cum patrono damnum passo pro dimidia aequali. Et quicumque repertus fuerit per dictos postichios damnum dare in hortis, clausuris, herbis custoditis, vel pergulis cum animalibus, soluere teneatur, vltra estimationem factam per dictos officiales, pro quolibet animali magno grossos vj. pro animalibus vero minutis numero decem et supra yperperos duos; abinde infra soluat estimationem tantum; quae poena, vt supra, diuidatur pro medietate inter officiales et patronos damnum passos. Et quaelibet estimatio quorumcumque damnorum fieri possit, tam per postichios, quam per homines estimatores deputatos, numerando, vel non numerando capita vitium, siue scipites caulium et aliorum consimilium secundum eorum puram conscientiam sub vinculo praestiti iuramenti.

CAP. CLXXXII. DE ORDINE SOLUTIONIS STIMARUM FACTARUM DE BLADO.

Item, quod si quod damnum reperiretur fore datum per animalia cuiuscumque in bladis et patronus bladi vellet suo iuramento approbare de numero animalium damnum dantium, quae animalia ipse patronus non reperiuerit in ipso damno, nec ibi illa numerauerit, aut quod per ipsum numerare nescire probatum fuerit, eius iuramento non credatur. Sed ad eius requisitionem cogatur pastor ani-

malium damnum dantium ad iurandum et confitendum de ipso numero animalium. Et si pastor allegauerit nescire numerare et propterea iurare recusaret, quod tunc facta estimatione per postichios, soluere teneatur pastor ipsam estimationem bladi tempore proximo messurae et vltra nomine poenae soluere pro qualibet quarta grani grossum vnum, pro qualibet quarta ordei solidos duos et pro qualibet quarta aliorum bladorum grossum medium, cuius poenae medietas sit patroni et alia postichiorum: et pro poena statim dari debeat pignus poena yperperorum duorum.

CAP. CLXXXIII. DE ORDINE DUANAE MACELLI, SEU BECCARIAE.

Item, quia duana, seu datium macelli et beccariae Communis Curzulae hucusque exactum sit vigore consuetudinis antiquae servatae, nullo statuto scripto, seu ordine scripto apparente; et pro tanto, vt ipse ordo seruatus ex consuetudine in posterum pro Statuto et lege firmiter obseruetur, statutum et ordinatum est, quod quicumque mactauerit ad macellum Curzulae et eius districtus animal quodcumque et carnes illius ad macellum vendiderit, soluere teneatur duanario deputato nomine datij, pro quolibet bouino, porcino et consimilium grossum vnum, pro quolibet vero capite animalium minutorum paruulos octo, quae solutiones fieri debeant per vendentes ipsas carnes duanarijs deputatis, tam in ciuitate, quam in villis, statim venditis ipsis carnibus, nec recipere valeant venditores carnium pelles animalium de macello, nisi primo contentus fuerit duanarius de sua duana, poena yperperorum duorum pro quolibet et vice qualibet, pro medietate Communi et alia duanario accusanti; cuius sacramento cum vno teste fide digno credatur.

CAP. CLXXXIV. DE DUANA PISCARIAE.

Item de duana, seu datio piscariae statutum est et ordinatum, quod quilibet piscator ciuis, vel habitator Curzulae dare debet de omnibus et singulis, tam recentibus, quam salsis captis, vel capiendis circa Curzulam et eius districtum conductis, ad ciuitatem et insulam, vel eius districtum, vel non conductis, vel captis alibi vbicumque et ad insulam conductis, vel eius districtum, tam vendendis, quam pro vsu capientium consumendis teneatur et deleat dare duanario deputato nomine solutionis duanae et datij, decimam partem iustam ipsorum piscium omnium, aut decimam partem denariorum pretij illorum; si illos de mandato duanarij uendiderit ad piscariam, poena yperperorum duorum pro quolibet, et vice qua-

libet. Et duanarius possit de praemissis inquisitionem facere et accusationem contra quoscumque et eius iuramento cum probatione vnius testis idonei credatur. Et similiter quilibet piscator forensis qui vndecumque portaret pisces quoscumque, tam recentes, quam salsos vendendos ad pescariam Curzulae, vel ad loca villarum deputata, soluere teneatur, vt supra dictam duanam dicto duanario poena praedicta.

CAP. CLXXXV. DE SERUANDO INDEMNEM DAMNUM PASSUM OCCASIONE ALIENA.

Item statutum et merito prouisum est ad obuiationem nonnulorum fallentium et scandala generantium ad detrimentum aliorum, quod quicumque monstrauerit et legitime probauerit coram iudicio Curzulae, se fore passum et pati aliquod damnum, praeiuditium vel discrimen immeritum tam in persona, quam habere et bonis proprijs ex occasione, defectu, malefitio, vel debito alterius personae cuiuscumque; talis damnum passus per iudicium Curzulae debeat statim ab omni damno et incommodo super bonis illius, cuius causa damnum subsequitur, subleuari et penitus de omnibus, quae passus est immerito refici.

CAP. CLXXXVI. DE OFFICIO IUDICATUS MAIORIS ET MINORIS NON CONTINUANDO.

Millesimo quadringentesimo trigesimo primo, Indictione decima, die vigesimaquinta Februarij. In pleno et generali consilio in ecclesia Sancti Marci coadunato, more solito, in quo fuerunt consiliarij lj. posito diligenter partito ad bussulas et ballotas, captum et obtentum fuit per omnes, nemine discrepante, quod nullus existens iudex minoris consilij non valeat statim ipsivs iudicatus perfecto termino, assumi ad officium maioris iudicatus. Et similiter si fuerit maior iudex, non valeat assumi ad minorem iudicatum statim, ita quod videatur de vno iudicatu exire, in alium statim intrare modo aliquo et huiusmodi electio et assumptio sit nullius valoris et vana ipso facto.

Ludovicus de Ponte Cancellarius examinauit ex libro Catastich ad car. 57.

CAP. CLXXXVII. DE PROCURATORIBUS ECCLESIAE SANCTI MARCI.[1]

Item captum et obtentum fuit in dicto consilio nemine discordante, quod aliquis, qui pro tempore constitutus fuerit procurator

[1] Cf. superius cap. XXXII. et LX. Reformationum.

ecclesiae Sancti Marci, amodo in antea habere non valeat, nec possit modo aliquo pro sua mercede et prouisione nisi tantum yperperos quindecim in anno dummodo laborauerit in aliquo aedifitio ipsius ecclesiae, aut ad ipsam ecclesiam spectans, de quo laborerio regimen habeat prouidere, vtrum meruerit vel ne, et tansare prouisionem secundum quantitatem laborerij. Si vero non laborauerit, habere non valeat, nisi tantum yperperos quinque in anno pro eius prouisione. Et quilibet procurator teneatur infra duos menses a die principij sui officij numerandos, recipere bonam et integram rationem a suo in officio praedecessore de omnibus et singulis bonis et rebus gestis ipsius ecclesiae, poena yperperorum decem; ad quam poenam statim cadat dictus praedecessor, si infra dictum terminum dictam reddere rationem integram negligens fuerit. Et quod quilibet procurator teneatur omnes rationes, tam introitus et prouentus, quam exitus et expensas ipsius ascribi facere ordinate in eius quaterno per manus cancellarij Communitatis. Et nulla alia scriptura sibi admittatur. Et iudices, qui pro tempore fuerint, teneantur poena yperperorum decem, de eorum proprio soluendorum, haec omnia obseruari facere et contra declinantes a praedicta poena exactioni et executioni mandari. Mccccxxvj.

CAP. CLXXXVIII. PRESBYTERI NON FACIANT MERCATIONES.

Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, Indictione quarta et die xij. mensis Octobris. Congregato et coadunato pleno et generali consilio communis et hominum Curzulae in ecclesia Sancti Marci ad sonum campanae, voceque praeconis, more solito, in quo fuerunt consiliarij lv. captum fuit et obtentum per ballotas liv. vna in contrarium reperta non obstante, quod nullus presbyter aut clericus, vel religiosus, tam Curzulensis, quam habitator possit modo aliquo in ciuitate et insula Curzulae mercari, aut mercari facere per interpositam personam, nec cum suis denarijs traficare, aut traficari facere, aut illos denarios dare ad lucrum alicui ad vsum mercationis, quod facere videatur lucri et mercantoris emendo, vel vendendo mercantias quascunque, nisi fuerint de proprijs introitibus ipsorum, quas vendere et cambiare possint ad opportunitatem sui vsus; poena perdendi totam mercantiam, reuertendam in vtilitatem communis et yperperorum quinquaginta pro quolibet et qualibet vice; cuius medietas sit Communis et alia accusatoris. Et regimen debeat super praedictis summarie procedere ad executionem poenae. Et haec pars posita fuit et capta, obtenta primo licentia

a domino episcopo Curzulae, qui sic fieri iussit et mandauit in praesentia ser. Marini Xilcouich, ser. Marini Michaelis et ser. Vidosij Pauli testibus.

CAP. CLXXXIX. DE ARMIS DOMI HABENDIS PER QUEMLIBET PRO DEFENSIONE CIUITATIS.[1]

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Indictione quinta, die secundo mensis Februarij. In pleno, generalique consilio ciuitatis et hominum insulae Curzulae, ad sonum campanae, voceque praeconis, more solito in ecclesia Sancti Marci coadunato, in quo fuerunt consiliarij lxiv. captum et obtentum fuit per ballotas lv. non obstantibus nouem ballotis in contrarium repertis, quod quilibet ciuis habitator ciuitatis Curzulae teneatur et debeat habere in domo sua ad tutelam ciuitatis arma, videlicet scutum vnum siue clypeum, et vnum ensem aut balistram vnam, fulcitam suis necessarijs et sagittis adminus. Et quicumque vero careret nunc his armis, habeat terminum vnius anni a die praescripti computandi, sibi prouidendi et emendi. Et regimen teneatur vinculo iuramenti in fine dicti anni de his armis facere descriptionem et videre monstram. Et quilibet, qui repertus fuerit non habere, vt praemittitur, puniatur statim et de facto per ipsum regimen in yperperis decem, de quibus emantur arma in ipso communi ad prouidentiam regiminis necessaria et vtiliora ipsi communi. Et regimen, qui pro tempore fuerit in posterum, teneatur dicto vinculo de sex mensibus in sex menses circa finem cuiuslibet iudicatus de praedictis facere discussionem et videre monstram, vt supra, et repertos negligentes, vt supra punire.

CAP. CXC. COMES SUCCESSOR TENEATUR ACTA PRAEDECESSORUM EXECUTIONI MANDARE.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo nono, Indictione septima, die decima octaua mensis Iunij. Spectabiles et generosi viri domini Pasqualis et Paulus Valaresso pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum in partibus Albaniae, Dalmatiae et Istriae honorabiles sindici provisores etc. vigore sui officij sindicatus mandauerunt spectabili et egregio viro domino Pangratio Georgio hon. co-

[1] Cf. supra cap. CXLVIII. Reform.

miti Curzulae, quatenus teneatur et debeat ipse et successores sui sub poena librarum centum in suis et suorum successorum bonis proprijs omnes sententias et actus ciuiles factas, tam per praecessores suos, quam per ipsum obseruare exequi et effectualiter ad litteram, prout iacent mittere, et mitti facere executioni, quemadmodum ex forma suae commissionis facere tenentur et debent, non obstante, quod de dictis sententijs, aut actis ciuilibus facta fuisset aut fieret aliqua appellatio Venetijs; non derogando propterea aliquibus appellationibus factis, aut fiendis a dictis sententijs, siue actis ciuilibus, vt supra. Et sic ad futuram memoriam in actis cancellariae Curzulae scribi et annotari facere mandauerunt.

CAP. CXCI. ORDO RELEUANDI TESTAMENTA FACTA TEMPORE MORTALITATIS.[1]

Item in eodem consilio die sequenti decima septima mensis Augusti, vbi supra, more solito coadunato, captum fuit per ballotas xxix. non obstantibus ballotis xxij, in contrarium repertis, quod omnia testamenta et vltimae voluntates quorumcumque defunctorum tempore proximae mortalitatis praeteritae, releuentur cum illis testibus, qui sese reperuerint. Et sic de caetero singulis temporibus, tempore mortalitatis obseruentur; eo quia testes recusant ad infirmos ire, quia casus est fortuitus, in casibus infirmitatum febrium pestiferarum regimen possit prouidere, quando quasi omnes de casali infirmantur.

CAP. CXCII. VENETI TRACTENTUR CURZULAE, SICUT CURZULANI VENETIJS.

Item in eodem consilio captum fuit et obtentum nemine discrepante, quod omnes Veneti et Venetijs habitantes tractentur in Curzula pro Curzulense in omnibus, sicut Curzulani tractantur Venetijs, non obstante si qua pars reperiretur in contrarium loquens.

CAP. CXCIII. CONDEMNATI PRO FURTO RESTITUANTUR SOLUTA POENA.

Millesimo quadringentesimo vigesimo nono, indictione septima, die vigesima prima Novembris. Et primo dum aliqui Curzulenses reperiuntur condemnati occasione furti animalium in elapsum, vnde merito secundum formam Statutorum perdiderunt fidem, et statum honoris sui gradus; et per tantum ordinatum et firmatum est per praenominatos vigore eorum auctoritatis, quod quilibet praedictorum condemnatorum valeant ad eorum pristinum statum honoris et casum redire hoc modo, videlicet; quod si fuerit nobilis vt supra condem-

[1] Cf. supra cap. CXLVII. Reform.

natus, possit eximi et ad statum pristini honoris et fidei et consilij assumi, si persoluerit Communi yperperos decem; et qui, vti permissum est, persoluerint, ipso facto sint liberi et absoluti: volentes, qui nobiles erant, fidem habere et in consilium intrare. Qui vero populares sunt, fidem et honorem vti primo habeant et reciperent, hoc additu de consensu et voluntate praedictorum omnium; excepto ser. Vidosij Pauli et ser. Stephani Junij, existentibus contrariae opinionis. Quod si aliqui ex praedictis repertis condemnatis acceptare noluerint supra dictam gratiam et recusauerint vt supra soluere, et reperti fuerint exinde in furto, debeant frustari et bullari, vt patiantur poenam eorum malae voluntatis. Die vigesima secunda mensis predicti ser. Antonius Marse sponte consensit supradictis prouisionibus et approbauit iuste fore factas; ser. Stanco Hobradi existente tunc contrariae opinionis.

CAP. CXCIV. BONA INHABITANTIUM SUBIACEANT GRAUAMINIBUS SOLITIS.

Item ordinatum et firmatum fuit per omnes suprascriptos ad beneficium Communis, quod omnes et singuli forenses habitantes extra insulam possidentes super dicta insula quaeuis bona stabilia, quomodocumque acquisita, de quibus olim persoluebatur salarium et de quibus bonis tempore factarum prouisionum citra non habuerunt aliquod grauamen, nec affuerunt ad aliqua exequia Communis Curzulae, vti fecerunt habitantes, de cetero teneantur et debeant reficere in Commune totum et quicquid non persoluerint de eorum consueto salario a die dictarum prouisionum citra, vsque in praesentem diem; soluendo subsequenter continuo de anno in annum dicto Communi ipsam consuetam solutionem, qui denarij expendi debeant in reparationem murorum ciuitatis.

Item per omnes suprascriptos nobiles, domino comite non existente huius opinionis, terminatum fuit, quod fieri non debeat aliqua prouisio super facto custodum, sed remaneant, vti primo erant.

CAP. CXCV. DE DANDO BASTASIA ET MAGAZENOS BLADUM CONDUCENTIBUS.[1]

Item prouisum fuit et ordinatum per omnes, quod omnibus conducentibus bladum in Curzula dentur bastasia et magazeni Communis, more solito. Et si non erunt custodes ad ipsum portandum, quod reperiantur bastasia pro precio mercedis, quibus portatoribus

commorari et habitare in Curzula, ibique eius artem cirusiae et barberiae continuo exercere et ibi tenere pro omnibus indigentibus et pretio mercedis pecuniae seruire et subuenire iuxta eius possibilitatem et scientiam, siue notitiam; ob hoc dicti uero domini comes, iudices et nobiles nominibus et uice totius consilii et vniuersitatis Curzulae bona, praerogatiuas et capitula eidem magistro Joanni perpetuo seruanda concesserunt infrascripta:

Primo ipsi dominus comes, iudices et nobiles nominibus, quibus supra, dederunt et donauerunt libere et expedite in perpetuum titulo donationis, quae dicitur inter uiuos, dicto magistro Joanni recipienti, stipulanti pro se, suisque haeredibus et successoribus unum locum communis uocatum Racischia cum omnibus suis iuribus, pertinentijs et confinibus incipiendo a maceria campi superioris Cnexae uersus Racischiam prout et sicut tendit ipsa maceria et usque ad vallum iuxta Chriui Rat, Stiniza, Jatigniza, Vela Strana usque ad mare; quas terras loci praedicti ualeat ipse magister Joannes et eius haeredes et successores semper ad ecrum libitum plantare aut plantari facere et vineare et omnia libere facere, uti de re propria, nullam dando partem dicto communi Curzulae de fructibus inde percipiendis tam per ipsum magistrum Joannem, quam per eius in posterum haeredes et descendentes, dum tamen ipsi haeredes, uel descendentes artem barberiae succesiue exerceant in Curzula; aliter uero non exercendo ipsam artem, teneantur ipsi eius haeredes, successores uel descendentes dictas terras possidentes de quarta parte fructuum omnium dicto communi annuatim respondere et ubi las fieret seminandum de quinta secundum ritum Curzulae.

Etiam praefatus dominus comes, iudices et nobiles, quibus supra nominibus dicto magistro Joanni stipulanti confirmauerunt et ratificauerunt et approbauerunt omnia et singula iura et actiones et praerogatiuas, quae et quas alias obtinuit a dicto communi Curzulae per instrumenta scripturasque super uineis et locis apud sanctum Lucam, quas terras plantari facere et uineare libere ualeat, nullam dando partem de fructibus inde percipiendis per ipsum, uel eius haeredes et successores, nisi conditio suprascripta aduenerit in eius haeredibus uel descendentibus, ut supra.

Tertio concesserunt magistro Joanni ut supra stipulanti, quod ipse non teneatur dare aliquam partem de piscibus sibi in eius parte contingentibus duanario piscariae, nisi tantum de iis, quos uendiderit, de parte uero aliorum duanarius piscium habere debeat partem iuste sibi contingentem et nihilominus teneatur semper idem

magister Joannes, cum pisces piscatus fuerit, primo illos conducere ad piscariam Curzulae, quam alibi uendere, seu uendi facere, continue illos tenendo uendendos ad piscariam uolentibus emere per duas horas postquam cum illis applicauerit, et si forte acciderit ipsum magistrum Joannem reperire non posse in Curzula homines iuuantes ad piscandum cum tracta et necesse fuerit illos homines in Puncta, uel alibi locorum circumstantium reperire, qui uellent extra Curzulam recipere eorum partem et partem duanae locorum eorumdem et tunc dicto magistro Joanni per duanarium duanae Curzulae imputari non possit nec ipsum molestari pro duana piscium praedictorum.

Quarto concesserunt ipsi magistro Joanni stipulanti per se suisque heredibus, et successoribus eorum, ipse magister Joannes, eius heredes et descendentes sint exempti et immunes ab omnibus et singulis oneribus, custodiis et custodiatu et ab omnibus et singulis seruitijs et operibus communis Curzulae, uel angariis quibuscumque qui ullo umquam tempore occasione cuiusuis grauaminis non ualeant grauari, nec astringent.

Quinto concesserunt dicto magistro Joanni ut supra stipulanti, et eidem liceat ad eius libitum quocumque uoluerit possit ire extra Curzulam per tres menses anni singulorum annorum futurorum in diuersis uicibus pro eius exequendis seruitijs, dummodo relasset eius loco unum expertum in arte barberiae, qui idonee seruiat in Curzula de ipsa arte omnibus indigentibus.

Sexto concesserunt et dederunt eidem ut supra stipulanti libere et in perpetuum prout et sicut ipsi magistro Joanni in eius primo aduentu per ipsum commune promissum extitit, locum cisternae iuxta ecclesiam sancti Michaelis et alios fines, ubi ualeat domum sibi facere, uel bottecham; et ultra hanc ducatos decem ex communi pro resto ducatorum uiginti sibi promissorum in eius aduentu, de quibus decem iam recepit et habuit.

Septimo concesserunt et dare promiserunt eidem magistro Joanni stipulanti tantum de lignamine zapini ad expensas communis conducti in Curzula quantum sibi sufficiet pro trauatura pauimenti dictae domus et pro trauatura tecti ipsius domus. Promittentes dicti dominus comes, iudices et nobiles nomine dictae communitatis et vniuersitatis Curzulae dicto magistro Joanni stipulanti ut supra pro se, suisque heredibus et succesoribus; ac idem magister Joannes per se, suosque heredes et successores dictis domino comiti, iudicibus et nobilibus stipulantibus et recipientibus nomine et uice

dictae communitatis et vniuersitatis Curzulae, nec non partes ipsae ad inuicem solemni stipulatione hinc inde interuenienti promiserunt praemissa omnia et singula ut supra scripta perpetuo firma, rata habere et tenere et irreuocabiliter obseruare et obseruari facere, omnibus exceptionibus remotis, quibus pariter ipse immediate uicissim renunciauerunt, ac dicta bona dicto magistro Joanni ut supra stipulanti, pro se, suisque heredibus et successoribus semper defendere et scalumniare ab omnibuscumque molestantibus et non contra facere, aut modo quouis contrauenire sub poena ducatorum auri centum immediate soluendorùm per partem contra facientem parti ad promissa stanti obligatione hipothecaria bonorum omnium dicti communis et dicti magistri Joannis praesentium et futurorum, qua soluta, uel non; praesens tamen instrumentum, in sui robòris remaneat semper firmitate cum eadem poena toties auferrenda, quoties contrafactum fuerit.

Mandantes dicti dominus comes et iudices et nobiles mihi Antonio cancellario et notario infrascripto, ut de praemissis ad cautelam et futuram rei memoriam publicum conficerem instrumentum inautenticatum et per modum priuilegij bulla rectoris praenominati, ac bulla dicti communis Curzulae inpendenti roboratum consignandum in omnibus ipsius magistri Joannis pro cautela sui.

Actum in logia antedictae Curzulae ubi supra praesentibus testibus ad hoc specialiter uocatis, habitis, rogatis, uidelicet uenerabilibus uiris domino Junio Archidiacono, domino Joanne Roxini, domino Matheo Joannis, canonicis Curzulensibus, domino Petro Sinchouich et alijs pluribus astantibus et me Antonio Durante, cancellario, notario infrascripto rogato subscribere.

Ego Antonius Durante de Monticulo, Imperiali authoritate notarius et nunc iuratus cancellarius communis Curzulae praemissis omnibus ut supra praesens interfui et rogatus scripsi et publicaui, signumque meum in fidem et testimonium praemissorum consuetum apposui et de mandato dominorum comitis, iudicum et nobilium praesens, sicut habetur roboratum in manibus dicti magistri Joannis relaxaui.

Mccccxlvij. Indictione x. die x. mensis Januarij fuit sententiata communitas Curzulae ad dandum Nicolao barberio ducatos decem pro resto ducatorum uiginti.

Mcccclxxij. Die ij. Decembris. Ego Antonius cancellarius mandato magnifici domini Lodouici Lauredano honorandi comitis Curzulae sigillaui dictum priuilegium cum sigillo supradicti domini comitis.

IX. LITTERA DUCALIS VI[a],
in qua de datio pro vino Venetias ducto de ratione sui introitus.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Pangratio Georgio de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Sicut petitur, fecimus concessionem illis nostris fidelibus, quod vinum, quod de suis redditibus percipiunt, possint conducere Venetias, soluendo ducatum unum cum dimidio in Venetijs pro amphora de datio sibi; praetextu cuius concessionis multi emunt aliena vina et illa conducunt Venetias et soluunt solum ducatum unum cum dimidio de datio pro amphora, quod est contra mentem et intentionem nostram; quia si ipsis fidelibus nostris eam concessionem fecimus solum de vinis redditiuum suorum et non de vinis, quae emunt: unde considerantes id ad damnum datii nostri Venetiarum plurimum accedere, quoniam illi, qui debent soluere integrum datium sub huiusmodi praetextu a medietate datii absoluuntur; volumus et fidelitati vestrae stricte scribimus et mandamus, quatenus esse debeatis cum illis fidelibus nostris deinde eisdem declarando deceptionem, quae fit in hoc et damnum, quod sequitur nostro communi et quod ad hoc prouideant, ne detur nobis materia reuocandi gratiam eis factam. Et uolumus, quandocumque de cetero viua de locis regiminis vestri extrahentur pro conducendo Venetias, debeatis fieri facere extrahentibus contralitteras, in quibus scripta sit quantitas eiusdem vini et nomen cuius est, et si erit de redditibus suis, vel non; quae contralitterae dirigantur et praesententur officialibus datij vini in Venetiis, ut faciant solui dimidium datium aut integrum sicut debebitur; circa quam rem talem modum adhibeatis et regulam, ut de cetero ab huiusmodi extrahentibus vina decipi non possumus, sicut hactenus fecerunt, ex quo damnum inestimabile pertulimus.

Datum in nostro ducali palatio die xxiij. mensis Augusti, indictione ix. Mccccxxxi.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Pangratio Georgio comiti Curzulae et successoribus suis.

X. LITTERA DUCALIS VIJ[a],
in qua de concessione extrahendi de Segnia et Flumine badilia, clauos, et alia ferramenta pro usu loci et non aliter.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Mapho Fuscareno de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Pro parte fidelium nostrorum Curzulae nobis supplicatum est, ut pro usu ipsius loci et districtus possint extrahere de Segnia et Flumine badilia, clauos, uomeria et alia similia ferramenta, sicut facere consueuerunt per elapsum; unde uolentes suplicationibus eorum annuere cum nostris consilijs Rogatorum et additionis eisdem nostris fidelibus concessimus, quod singulis annis de Segnia et Flumine possint extrahere ferrum et laboreria ferri pro usu ipsius loci et districtus cum hac conditione et forma, quod quando aliquis petet vobis contralitteram conducendi de Segnia et Flumine ferrum, uel alia laboreria ferri pro usu ipsius loci et districtus, sit in libertate vestra, cognita quantitate, quam quisque petet conducere, et quae pro usu ipsius loci et districtus fuerit necessaria, taxare et ordinare illam quantitatem, quae fuerit necessaria. Sed bonam et diligentem aduertentiam habeatis in faciendo eam taxationem ne eis concedatur ultra illud, quod fuerit necessarium, et insuper bonam aduertentiam habeatis, nec ullo modo alicui concedatis, quod maior quantitas conducatur ad ipsum locum et districtum, quam sit necessaria usui ipsius loci et districtus; nam si unquam fuerit repertum, quod maior sit conducta, aut quod illa quantitas conducta pro usu ipsius loci et districtus cum licentia vestra praedicta, fuerit aprobata pro locis Marchiae et Apuliae, ultra amissionem rerum, quae habeantur pro contrabanno, haec gratia sit nulla, nec possit ipsis similis licentia amplius concedi; saluo si ipsi fideles nostri demonstrarent contrafacientem, quia eo casu illum, uel qui contrafecisset et non alios, priuatum esse uolumus praesenti gratia et habeant accusatores tertium ipsarum rerum, quae sic reperientur conductae contra praesentem concessionem et aliud tertium vos rector et aliud tertium sit nostri communis. Verum uobis expresse mandamus, ut illam taxationem, quam feceritis de huinsmodi ferramentis conducendis de Segnia et Flumine pro ipso loco Curzulae et districtus singulis annis nobis distincte scribatis, ut bene intelligamus, si illam recte feceritis et ex tali vestra taxatione decipi non possimus.

Datum in nostro ducali palatio octauo Martij, indictione iij. Mccccxl.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Mapheo Fuscareno comiti Curzulae et successoribus suis.

Receptae die ultimo Martij Mccccxl.

XI. LITTERA DUCALIS VIII[a],
in qua de non pascendo animalia, nec incantando scopulo Fr. Minorum S. Francisci.

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Querelanter expositum fuit nuper dominio nostro pro parte religiosorum fratrum ordinis sancti Francisci de Obseruantia commorantium in ecclesia beatae Mariae Virginis super scopulo sito ante illum locum nostrum, qui cum iam sunt elapsi anni xliv., quod per consilium hominum Curzulae legitime coadunatum fratribus tunc existentibus et qui per tempora fuerint, concessus fuisset scopulus ille, super quo absque eorum uoluntate nemo auderet seminare, incidere ligna, nec alia facere, quae dictis fratribus, seu utilitatibus suis damnum aliquod inferre possent, prout per priuilegium sigillatum sigillo illius fidelis nostrae communitatis euidenter apparet et omnia sic per dictum tempus fratres, qui in dicto loco habitauerunt, quiete et pacifice possederunt; nunc uero nonnulli sunt, qui honorem omnipotentis Dei ac gloriosissimae Virginis paruipendentes, capras et animalia sua ad pascendum super ipsum scopulum mittere intendunt presertim uigore cuiusdam partis nouiter, uidelicet die xix. Augusti proxime praeteriti captae in consilio Curzulae, per quam deliberatum est, quod scopulus habitationis ipsorum fratrum incantari debeat pro pasculo animalium, quod quidem apud Deum et homines iniquum et inhonestum est; vnde supplicant humiliter, quatenus dignaremur taliter prouidere, quod fratribus ipsis modo aliquo obliquum non fiat contra formam priuilegii sui.

Humilibus itaque, ac honestis supplicationibus inclinati, fidelitati vestrae scribimns et mandamus cum nostro consilio Rogatorum et additione, quatenus omnia dictis fratribus seu conuentui suo per priuilegium suprascriptum concessa, obseruare et inuiolabiliter obseruari facere debeatis in posterum, sicut superioribus temporibus

obseruatum extitit, nec permittatis contra ipsum priuilegium aliquid innouari et si quid innouatum est faciatis illud penitus reuocari.

Datum in nostro ducali palatio die xxvj. Februarii, Indictione v. Mccccxli.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael comiti Curzulae et successoribus suis.

XII. LITTERA DUCALIS IX[a],

continens quaedam capitula ad instantiam populi et responsiones ad ipsa; inter quae: de electione comitis, de custodijs; de operibus publicis; de angarijs; de terrenis non plantandis; de vino forensi conducendo Venetias; de confirmatione statutorum et quod rector non observet, nisi quod confirmatum est per ducale dominium; et nobiles ac populares veniant Venetias ad suas expensas, facta prius congregatione cum licentia comitis.

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Significamus uobis, quod ad infrascripta capitula nobis porrecta parte populi Curzulae respondimus prout inferius continetur.

Tenor capitulorum talis est, uidelicet:

Primo perchè el conseglio delli gentilomini si elezeno el conte à luor modo et siando per luor eletto, non puol far, che non compiasa alli detti gentilomini et fà quello, che luor uuole. Item come i ditti populari guardano la terra e fanno le guardie e loro non fà guardie contra priuilegio à luor concesso e contra ogni equità. Item come i poueri uomeni lauorano et fanno tutte cure segondo ordene el conte per sua parte. Item come nui semo apparichiati à far le cure de ogni ora et luoro stanno à darse cum tempo e non uol far niente, come fuo andar à lago, ò à riuera di Genoua, nui semo apparichiati e loro stanno in paxe. Item che de nouo hanno fatto contra el commandamento della vostra signoria, che i non uol che possiamo impiantar i terreni. Item, come i populari fanno tutte le angarie e luor niente, e sono absolti. Item come deuisano carigar i vini forastieri per Venexia in danno della vostra signoria et de poueri homeni de Curzula. Item che luoro ha fatto uno datio de zapini à pagar de xij l'uno et de ogni ligname che uà fuora. Item, che luoro hà fatto che se debia dar el quinto doue se daua el sesto della seminasion fatta nelli luoghi communi. Item che a sua posta i fà guardiani delle sue vigne e del populo e fanno à suo

modo e nui non sauemo niente. Item che non lassano uendemar le sue uigne de populari quando piase à luoro, se non che piaxe alli gentilomeni. Item che luor hanno fatto che nisun non debia dar ad alcun lauorente per lui che soldi quattro per maleficio de poueri. Item che luor hà fatto che nel campo de Lombarda non se puol dar accusa de animali menudi. Item che le gentildonne non possa star à proua de luoro le muglier delli populari. Item che se fà gratia alli gentilomini de uender le sue carne alla beccaria un mezzanin e de popular uno soldo et multe uolte i popular non puol auer carne per darla à luoro. Item che se uno gentilomo ammazza uno homo, li uien taglia la testa, et el popular uien appicato per la gola contra ogni equità per desprisio del populo. Item chi ammazza uno cauallo die esser appicado per la gola contra ogni lege. Item se uno gentilomo hà forzà una pouolara uergene, paga ducati l. e stà in preson mesi trè, et se al popular una gentildonna uien appiccado per la gola. Item come detti gentilomeni cum el conte tolse li denari, che el populo auea asunado per uegnir ala vostra signoria. Item come adesso han fatto che non debiamo parlar, ne consegliarse per uenir alla vostra clementia. Item come i detti popular lauora alli seruisii de meser lo conte et delli gentilomeni quando hanno la guardia senza premio. Item come i popular paga per ogni animal grosso in cadaun campo grossi sie, che non se pagaua per el passato se non grossi trè, et questo hanno fatto li gentilomini et per li animali minudi se pagaua perperi ij. et mo paga perperi iv. Item come ser. Marin Xilcouich hà fatto stimar le pedale delli animali per le sue uigne, mà non per quelle delli altri contra li statuti. Item che le uno statuto, che chi inuola un bò paga perperi l. e satisfa el danno al patron del bò, et sel non auesse da pagar uien appicado per la gola; et per una vacca perperi xxx. ò esser appicado. Item che li procuradori del populo preditto i qual fuo questa instade alla vostra signoria per lamentarse, fuo malmenadi à Curzula per el conte et gentilomeni per le prexon e strascinadi per angarie e per guardie et fattoli ogni crudeltà e commandadi in pena pecuniaria contra Dio e rason; ma per uindicarse, come si potrà approuar. Item quando se restata gran parte de formento della naue de Michali Chilli, la qual periculò in Guliana, la parte aspetta à quelli de Curzula fuo messo in commun à soldi xxiij el ster; et perche el formento era bon, i gentilomeni ne tolse qual stera xl, et qual stera l. e li poueri non ne podeua auer per uso suo per un ster; et pezo fuo, che da puoi i detti

gentilomeni el reuendeua alli poueri populari à rason de Lvj per stero, el qual formento era della signoria vostra. Item che i detti gentilomeni hanno eletto per cancellier, et qual è stretto parente de gentilomeni et è de Liesina, lui tien dalla parte de gentilomeni et fà ogni mal che puol al pouolo fazandose strapagar delle scripture à quelli del pouolo a requisition delli gentilomeni cum assai altre estorsion el ingurie, che li piaqui alla vostra signoria ordinar che el rettor, che uenerà da Venetia mena uno cancelier cum lui altramente i poueretti non puol uiuere. Item che li gentilomeni uien à Venetia à spese del commun e li populari alle spese proprie contra ogni equità, che la cosa sia eguale, che anche i populari uegnia alle spese del commun, ouer che li detti gentilomeni uegnia à sue proprie spese anche luoro, perchè i populari xe anche in commun.

Tenor autem responsionum talis est, uidelicet:

Ad primum de comite, qui eligitur a nobilibus Curzulae; respondeatur, quod electio sui comitis fit sicut illa communitas uoluit et de gratia petiit, quando uenit ad obedientiam nostram; sed si ipse comes facit aliquid, quod non sit iustum aut benefactum, appellatio aduocatorum, vel auditorum sententiarum semper parata est.

Ad secundum de custodiis, quae fiunt in ciuitate, seruetur consuetudo, sed tempore pacis non possint deputari ad custodiam terrae ultra xij tantum, si uidebitur rectoribus ita esse necessarium, qui tamen per rectorem solum deputentur iuxta formam statutorum; in tempore autem guerrae deputetur ille numerus, cum conditione tamen, quod nemo dictorum deputatorum possit seruire cuiquam, sicut in concessionibus nostris factis illi communitati Mccccxxxi, die xix. Nouembris tertio capitulo continetur; addendo etiam, quod rector, qui dictae concessioni contrafecerit, cadat ad poenam librarum centum, quam exigant aduocatores commuuis, uel sindici.

Ad tertium de operibus et de publicis respondeatur, quod similia opera et publica fiunt ubique per homines districtuales et non per nobiles, vel ciues; sed bene declaramus, quod similia opera uolumus ordinari per comitem solum et non per alias personas ullo modo, et quod opera deputentur pro rebus publicis spectantibus ad communitatem generaliter non autem ad particularem commoditatem nobilium.

Ad quartum de angarijs de extra insulam fiendis respondeatur, quod seruetur consuetudo.

Ad quintum de terrenis, quae non permittunt plantari, respondeatur, quod sumus informati illam insulam per tres partes esse

diuisam, unam pro seminationibus, unam pro pasculis animalium et unam pro plantationibus uinearum et ita esse statutum per ordines antiquos: et propterea quae dixerunt oretenus uolumus quod de caetero neque per consilium suum, neque per rectorem possit dari licentia alicui plantandi ultra id, quod ad praesens est, sub poena rectori ducatorum D. si concederet, uel assentiret plantandi.

Ad sextum capitulum de angarijs respondeatur, quod seruetur consuetudo.

Ad septimum de uino conducendo de Puncta Venetias, respondeatur, quod nostra intentio est et omnino uolumus, quod Curzulenses possint conducere uina Venetias unde uoluerint, nec per consilium suum, neque per rectorem possit sibi prohiberi ullo modo; et si prohiberet, placet nobis, quod nemo teneatur illud obseruare, vel obedire; declarando tamen, quod dicta uina directe conducantur Venetias et non alibi sub poena contrabandi.

Ad alia multa capitula, quae porrexerunt, respondeatur in summa, quod si ea, quae in illis capitulis continentur, facta sunt per sua consilia, rector non debeat obseruare, nisi fuerint per nostrum dominium confirmata sub poena librarum centum.

Alia vero omnia, quae in statutis suis esse dicunt, reuocare non intendimus, quoniam petierant de gratia et nos in sui complacentiam ipsa statuta confirmauimus et ita illa obseruari uolumus ad beneplacitum nostri dominij.

Verum illud statutum, per quod licet cuicumque loqui contra rectorem sine ulla poena et si incurret poenam, communitas soluat, reuocetur in totum et per totum. Et quia populus Curzulae uolens uenire ad nostram praesentiam non permittit uenire, sed oportet ut clam fugiant inde, quoniam carcerantur et fiunt sibi multae insidiae, ut uenire non possint ad conquerendum et modo nuper isti, qui uenerunt, per multos modos impediti fuerunt, sicut ipsi dixerunt: mandetur comiti, qui nunc est et erit per tempora sub poena ducatorum D. auri exigenda per aduocatores communis non debeant, nec possint prohibere cuicumque uolenti uenire ad nostram praesentiam, quin ueniat, imo sibi dari faciant omnes scripturas, quas quicumque uenerint petierint et dicere uoluerint pro causis, propter quas uenerint; et ad istam conditionem sint isti omnes qui nuper uenerunt, contra quos propter hunc aduentum suum nullam nouitatem, uel impedimentum faciat nec ullam poenam positam propter hoc non exigat sub dicta poena; quoniam uolumus omnino, quod liceat omnibus nostris subditis posse uenire ad nostrum do-

minium omni tempore ad beneplacitum suum, sed non possint dicti neque populares, neque nobiles se congregare ullo modo, nisi prius uenerint ad comitem et sibi dixerint, qua causa uolunt se congregare et mittere Venetias ad nostrum dominium et facta dicta denuntia rector non possit prohibere licentiam. Verum declaramus, quod tam nobiles, quam populares, uolentes uenire Venetias, non possint de cetero uenire ad expensas communitatis, sed qui uenire uoluerint, ueniant ad suas expensas, uel ad expensas illorum, qui se grauare uoluerint.

Quare mandamus uobis cum nostro collegio habentes a consilio Rogatorum plenissimam libertatem, quatenus responsiones nostras superscriptas per dictum collegium factas debeatis obseruare et facere inuiolabiliter obseruari, facientes has nostras litteras in actis uestri regiminis ad futurorum memoriam registrari.

Datum in nostro ducali palatio die xxi. Nouembris, indictione v. Mccccxlj.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael, comiti Curzulae et successoribus suis.

XIII. LITTERA DUCALIS X[a],
in qua de coadunationibus non faciendis in ciuitate et insula sine expressa licentia comitis.

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Comparentes ad praesentiam nostri dominij fideles nostri Stanchus Obradi, Marinus Xilcouich, Antonius de Radetinis et Fortis Antonij, nobiles Curzulae, ambasciatores dictae communitatis inter cetera nomine nobilium supplicarunt, quod cum sint cupidi pacis, tranquillitatis et quietis, dignemur prouidere, quod in ciuitate, aut in insula Curzulae non fiant coadunationes, consilia uel parlamenta per aliquem ullo modo sine expressa licentia comitis Curzulae, ut omnia scandala et etiam suspectiones de mentibus quorumcumque remoueantur.

Cum igitur eorum supplicatio uideatur nostro dominio utilis et secura, mandamus uobis cum nostro consilio Rogatorum, quod publicari facere debeatis, quod de cetero non possit fieri in ciuitate Curzulae aut in insula aliqua adunatio, consilium uel parlamentum sine expressa licentia et praesentia uestra, sub poena librarum

quingentarum et standi sex menses in carceribus et etiam sub illa maiori poena, quae arbitrio uestro uidebitur, considerata qualitate personarum; et faciatis has nostras litteras in cancellaria uestra Curzulae ad successorum uestrorum memoriam registrari et registratas dictis nobilibus consignare.

Datum in nostro ducali palatio ultima Nouembris, indictione v., Mccccxli.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael, comiti Curzulae et successoribus suis.

XIV. LITTERA DUCALIS XI$^{a}$,

**in qua declaratur intentio de supradictis coadunationibus et statuitur, quod denarij datiorum, deputati pro salario comitis non possint tangi, vel dispensari pro alijs expensis, nisi pro dicto salario et si secus factum fuerit, reddantur retro.**

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Thomae Michael de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Nobiles et populares Curzulae, qui nuper fuerunt ad praesentiam nostri dominij, petierunt declarari responsionem, quam sibi fecimus die xx. mensis Decembris anni praeteriti super uineis non ultra plantandis, si uolumus, quod campi, qui incepti sunt plantari, possint compleri, uel non; et intellecta responsione tunc facta, ac etiam conditione illius insulae, fidelitati uestrae declaramus, quod nostra intentio est, quod campi incepti plantari usque diem xx. Decembris possint compleri plantandi; sed ultra dictos inceptos campos nihil ultra plantari possit sub poena statuti, nec per consilium Curzulae nec per uos dari possit denuo licentia plantandi uineas in aliquibus alijs campis sub poena ducatorum D. in illa nostra responsione statutorum. Preterea exposuerunt, quod aliquando faciunt nuptias aut se congregant pro mittendo ambasciatam Venetias et recuperando denarios pro expensis nunciorum suorum et propter ordinem nostrum de adunationibus faciendis sub poena timent, supplicarunt prouideri, quod in illis casibus non incurrant poenam.

Nos igitur intelligentes partem de adunationibus non faciendis et fidelitatem Curzulensium, declaramus uobis, quod si tam nobiles, quam populares se congregauerint pro festiuitatibus nuptiarum suarum aut tristitia mortuorum suorum, aut pro mittendis ambasciatis ad nostrum dominium et recuperandis denarijs pro soluenda expensa

ambasciatae praedictae, in istis causis non intelligantur fecisse adunantiam, nec cecidisse ad poenam. Volumus autem, quod illud nostrum mandatum intelligatur ad sanum intelectum; haec est nostra intentio, quod de congregatione praedicta in dictis casibus facta detur nobis subito notitia aut saltem antequam praetereant dies tres post congregationem praedictam sub poena praedicta; hoc tamen declarato, quod in casibus praedictis non possitis dictam adunationem sibi denegare.

Ceterum quia sumus informati, quod denarij datiorum deputatorum uobis comitibus aliquando expenduntur in alia re, et aliquando dantur nobilibus uenientibus Venetias pro expensis suis et nuper dati fuerunt post nostram deliberationem uobis scriptam de ambasciatoribus ueniendis ad suas expensas: uolumus et mandamus uobis, quod denarij deputati solutioni salarij uestri non possint tangi, nec aliter dispensari, quam in salario uestro ullo modo; et si dicta datia non supplerent, in hoc casu placet nobis, quod fiat collecta generalis pro supplemento salarij iuxta solitum, aliter uero non ullo modo: si uero post nostram deliberationem super ambasciatoribus ueniendis ad suas expensas denarij datiorum deputatorum uestro salario fuissent dispensati et dati nobilibus pro suis expensis; uolumus, ut illos reddi faciatis retro, nec ponatis collectam popularibus pro illis recuperandis ullo modo, nec etiam ratione alicuius ambasciatae possitis in illis ponere collectam.

Caeterum uobis replicamus id, quod cum consilio nostro Rogatorum scripsimus die xx. Decembris, quod omnia sua statuta debeatis integraliter et inuiolabiliter obseruare et facere obseruari; illis tamen exceptis, quae per nostras litteras specialiter reuocauissemus, facientes has nostras litterras in actis uestri regiminis ad futurorum memoriam registrari et registratas latoribus restitui.

Datum in nostro ducali palatio die xx. Martij indictione v. Mccccxlij.

XV. PARS IN ROGATIS CAPTA,

qua statuitur, quod scribae triremium et aliarum nauium sint ciues nati, vel per priuilegium facti, non autem forenses.

*Mccccxlij. A dì xviij. Settembre in Pregadi.*

Cum cio sia che da alcun tempo in qua el sia usado, che li scriuani delle gallie e de naue et sopracharghi sono dadi i foristieri, per la qual cosa è indutti multo inconuenienti a cadaun chi non li prouedesse et etiam dio el sia bon che più tosto i uostri cittadini et marineri et anche quelli che sono fatti per priuilegio abbia

tal beneficio cha non i foristieri, i qual non fanno alcuna grauezza per questa terra: l'andarà la parte, che de cetero alcun patron de galia, ouer de naue, ne d'alcun nauilio non debbia menar per alcun modo, forma, ouer inzegnio alcuno per scriuan che non sia cittadin natiuo, ouer fatto per priuilegio; et chussi anche per suprachargo sotto pena de ducati mille nelli sui proprij beni da esser scossi per i prouedori de commun et esser priuado per anni diexe da esser patron de galia et de naue ne anche de nauilio sopraditti debba andar cum sriuan all' officio delli prouedadori de commun et anche sopracharghi et debbiano menar cussi ogni uiazo; i qual non debia esser accetadi per i ditti prouedadori se non serà cittadino, ouer per priuilegio fatto; fazando far quella proua che à luor parerà poter esser scriuani, ouer sopracharghi sotto pena della priuation dell' officio et pagar ducati cc. per cadaun de luoro che consentisse el contrario, la qual pena sia dell'auogaria de commun et se possa la presente parte reuocar, se non per trè parti de questo conseglio congregado da cento e uinti in suso.

XVI. LITTERA DUCALIS XLJ[a],
in qua de angarijs et custodia ciuitatis et de frumento non extrahendo, nisi de partibus Apuliae.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarium etc.*

Nobili et sapienti viro Marco Gradenico de suo mandato comiti Curzulae fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Intelleximus litteras uestras datas primo Martij nuper praeteriti, quibus dicitis, quod parere uestrum esset, quod ad opera publica illius ciuitatis illi omnes, qui octo dies deputati sunt ad custodiam ciuitatis Curzulae, attendant ad opera illa publica, quae leuia sunt, quia facillime agere possunt et sumus contenti et uolumus secundum consilium et parere uestrum, quod ad opera illa publica illi omnes, qui deputati sunt ad custodiam ciuitatis, deputentur et constituantur, sicque de tempore in tempus obseruari debeatis.

Ad factum autem possendi extrahere et habere de terris nostris blada, dicimus, quod ipsi communitati in omnibus complacere uellemus, sed propter maximam necessitatem, quam patimur bladorum, nolumus, ut de terris nostris extrahant ipsa frumenta uel blada, sed prouideant de partibus Apuliae habere ut melius poterunt.

Datum in nostro ducali palatio die vij. Aprilis, indictione vi. Mccccxliij.

A tergo:

Nobili et sapienti viro Marco Gradenico comiti Curzulae.

XVII. LITTERA DUCALIS XIIJ[a],
in qua de quatuor aduocatis communis, et quod nemo possit aduocare coram eodem iudicio, nisi parentes in iij. gradu.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Marco Gradenico de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Comparuerunt coram dominio nostro fideles nostri Curzulae mag. Georgius Grupsich et Dobroslaus qm. Obradi nuncij illius nostrae fidelis communitatis cum litteris uestris et nobis humiliter supplicarunt, ut certam partem in consilio loci illius captam, quae hic inserta est, confirmare dignemur, sicut et uos etiam per litteras uestras scribitis. Nos autem eorum honestae requisitioni et supplicationi complacere intendentes, ipsam prout iacet de uerbo ad uerbum approbamus et confirmamus, mandantes uobis, ut ipsam obseruatis et faciatis inuiolabiliter obseruari ac registrari in actis uestri regiminis ad futurorum memoriam.

Tenor autem partis ipsius talis est, uidelicet:

In pleno et generali consilio ciuitatis eiusdem in palatio dicti loci more solito coadunato in quo interfuerunt spectabilis et generosus vir dominus Marcus Gradenico pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum ipsius loci Curzulae honorandus comes et consiliarij liij.

Quia, quamuis secundum rectos ordines non tantum ciuitatis Curzulae sed secundum rectos et iustos mores cuiuslibet alterius loci, ubi recte ius administratur, eligebantur de sex in sex menses in hac ciuitate quattuor aduocati, et quia coram huius loci regimine, non obstantibus dictis aduocatis communis, ueluti quadam turpi confusione, omnes tam attinentes et tam participes in causa, quam non participes sine aliquo ordine iuris aduocant, dicunt et clamitant pro alijs, ita quod difficillimum est partium iura intelligere et iuste ipsa iura administrare, et uolentibus dictis consiliarijs se toto suo posse in similibus moribus illius illustrissimae ciuitatis Venetiarum totius orbis uero iustitiae speculo adhaerere: uadit pars, quod amodo in antea eligantur secnndum consuetum quattuor aduocati, quorum quilibet et qualibet uice teneantur petere, siue defendere iura illius partis, per quam fuerit prius requisitus, uel informatus, sub poena iperperorum quinque, et quod nulla alia persona possit pro aliquo modo coram iuditio eodem aduocare, nisi attinentes in illo gradu, in quo alij attinentes per alios attinentes non possunt in consilio ballotas ponere et ex consilio

pelluntur et particeps in causa et salariati sub poena iperperorum decem pro qualibet persona qualibet uice et quod semper regimen possit eligere unum aduocatum de nobilibus pro quolibet aduocato absente pro tempore absentiae absentis aduocati; et quod haec pars mittatur ad nostram illustrissimam dominationem Venetiarum ad confirmandum eam.

Quae pars diligentissime disputata, capta fuit per ballotas xxxviij., non obstantibus xvj. in contrarium repertis.

Datum in nostro ducali palatio die xxiv. Octobris, indictione vij. Mccccxliij.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Marco Gradenico comiti Curzulae et successoribus suis.

XVIII. LITTERA DUCALIS XIV$^{a}$,

continens quaedam capitula a popularibus porrecta, cum responsionibus ad ipsa, inter quae: de obseruandis priuilegijs; de custodijs, ultra quas ad nihil aliud cogantur; de collecta, quae solum fiat pro supplendo salario comitis, quando datia deputata non supplent; de nobilibus, venientibus Venetias suis expensis, et popularibus suis, sed quando agitur de re, omnes tangente, veniant omnes ad expensas communitatis; de pudarijs; de custodijs, in quibus unus pro alio sufficiat, si ita videbitur rectori; de operibus, in quibus seruetur consuetudo; de electione cancellarij; de aduocatis.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Marco Gradenico de suo mandato comiti Curzulae et succesoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Comparentes ad praesentiam dominii nostri Joannes et Franciscus de Curzula nomine popularium illius insulae, porrexerunt nostro dominio infrascripta capitula, ad quae cum nostro consilio Rogatorum fecimus infrascriptas responsiones, sicut infra uidebitis: quocirca mandamus uobis cum dicto consilio, quod responsiones nostras ad unumquodque capitulorum factas debeatis sub poena ducatorum C. obseruare et facere in eo, quod ad uos attinet obseruari, facientes has nostras litteras in actis cancellariae uestri regiminis ad futurorum memoriam registrari et registratas dictis ambasciatoribus restitui.

Tenor dictorum capitulorum talis est uidelicet:

Magnifici sig$^{ri}$ auanti della vostra signoria illustrissima questo Gener passsado nui Guanin et Francesco de Curzula commessi del popolo secondo il consueto nostro comparessemo lamentandose, de questo istesso femo adesso e subito per sua infinita giustitia e

clementia ai precessori vostri ne mando auanti i qual in scriptis esposto per nui l'aggrauamento preditto et giustificate le rason nostre essendo per spazzarne i ditti precessori vostri vno chiamato ser. Forte aduersario nostro, el qual è cului che se capuò, ò caua della nostra strusion et affanni per respetto, che per nui delle man sue principaliter per se ditti gentilomeni nostri la libertà del rettor nostro i retragessemo, che lui era se pol dir el tutto, à tal cason per esser ricco et potente e saputo, dal qual disdegno mai non ne lassa in reposo star, tanto è lo saputo, e de poder el tutto; el qual Forte uedendo contra de luoro esser fatto, contradisse nui non auer commission, nè che mai quella in Curzula fuo fatta e de questo processe i precessori uostri, allegando nui de contrario ed esser fatta e pagata, per la lettera ducal al rettor nostro fuo commesso qual la commission in man nostre sia data de subito, la qual el cancelier, ouer rettor de li retenne à instantia de quel ser. Forte e compagni per far quello el fesseno in stentarne et farne spender, el qual nostro rettor ditta commission à nui non uolse dar, anzi in absentia nostra quella de quì mandò e scrisse quello li parse cum ogni suportation sua contra la uerità à prouar tutto, or da poi tempo assai instando nui ditta commission auer, finaliter ne disse l'hò mandato a Venexia e conuenne à nui uegnirsene senza; adoncha spirato el tempo de quelli i qual largo modo in fauor della giustitia e uerità, cioè in nostro fauor faceua questa nostra causa de questo processe dauanti le signorie vostre, adesso è dedutta, comme etiam di questa uerità nostra da miser. Guan Soranzo e compagni fuo nostri precessori information plenaria potite auer.

Primo nui preditti dicto nomine se lamentemo delle sottoscritte cose et prima: cum sit, che nui obtegnessimo patenti priuilegij della nostra illustrissima Sig[lia] per i consigli confirmadi el modo e le condition de nui populari per quello asspetta et tocca, quelli non ne uien obseruadi, come quì de sotto se dichiarirà, adomandemo quelli in tutto et per tutto ne sieno obseruadi, mettando si fatta pena alli rettori, che abbiano cason de obseruar quelli e farli obseruar de presente e del tempo, che hà uegnir acciò più non abbiamo cason de uenir de quì et cum danno nostro et de questo se lamentemo e rechiedemo, che uui prouede.

Respondeatur, quod fiat ut petitur snb poena comiti ducatorum C., excepto si in commissione ipsius comitis, aut aliter per nostra consilia non fuerit in contrarium deliberatum.

Item intro i ditti priuilegij nostri se contien che à quelli toccarà la guardia far in la terra per alcun modo non possa quelli ad altra angaria esser messi, nè per commun, ne per altro modo; e questo non uien esser obseruado, anzi quelli sono in le guardie uien messi ad angaria della communità, come à quel rettor e giudici della terra appar contro la giustizia e li ditti nostri priuilegij; e questo fà far i ditti nostri gentilomeni et specialiter ser. Forte saputo per dar à intender al populo nostro come sotto man el fà e stante la libertà delli rettori in luoro man questo non aueano, nè aueriano abuto per esser fatto per el uostro gran conseglio non puolno contradirli, mostrandoli luoro esser stati cason de questo male, accioche per signori nostri i abbiamo, la qual cosa non uolemo auer altro signor saluo la nostra illustrissima signoria, le qual cose non uolemo supportar per non esser giusto, nè onesto; basta da una sola angaria, come essa illustrissima signoria nostra per lettere soe ducal hà dichiarito e puoco obedita è stata quella contra i priuilegij ut supra, che largo modo se consta come uegnimo trattadi e denegando, tutto se prouerà; adomandemo ne prouede per efficace modo.

Respondeatur, quod obseruetur mandatum dominij alias factum, uidelicet, quod uocati ad custodiam non cogantur facere aliquid aliud ullo modo.

Item, che in li ditti priuilegij se contien, colta alcuna non possa esser messa per alcun modo alli ditti populari e subditi de Curzula, saluo sel salario delli rettori non fosse per el modo consueto supplido in sto caso si per quanto fosse el resto del ditto salario. Mò ueramente è stato fatto colta general e questo hà fatto far i ditti gentilomeni per la cason supraditta de odio e de urta, como quelli che non ponno patir et rettor delle luor man che abbiamo giustamente fatto tor la elettion; la qual colta nullo modo per supplir el salario del rettor non è stata fatta, cum sit che el uanza denari per li datij deputati al salario di quello, come se offerimo constar; et cum sit che l'è contra priuilegij nostri, domandemo quella colta ne sia restituida, la qual cum desfation del populo e dei poueri è stà scossa, nè de cetero più tal cose contra priuilegij nostri ne sia fatto sotto si fatta pena che sia obseruato, acciò più non uegnamo de quì cum danno et spese nostre ut supra.

Respondeatur, quod tam in collectis, quam in omnibus alijs casibus occurrentibus obseruentur statuta et priuilegia dictae communitatis concessa sub poena rectori ducatorum centum: et de cetero si datia deputata salario comitis supplebunt solutioni, non po-

natur collecta sub poena rectori ducatorum centum; et non supplendo, ponatur collecta pro illo residuo, et non ultra ullo modo sub poena praedicta.

Item, che entro i ditti priuilegij se contien, che alcun ullo modo per i gentilomeni et populo uegnando de quì, non possa uegnir à spese della ditta communità anzi alle spesse de quelli i mandano, cioè dei gentilomeni et populo cadaun per i soi in luor specialità: et al presente e del passato siano uegnuti à spese della communità, si per confermation del nostro rettor presente domandano per altri dui anni le fosse lassato, come contra de nui uegnendo, e nui a nostre spese del populo, cosa contra Dio et giustizia fatta e contra quello è denotà ut supra; adimandemo, che i ditti si per lo passato, come per lo presente et per lo auuenir la communità non abbia, nè possa auer tal spesa secundo la continentia de priuilegij nostri; e fatto restituir denari spesi per la communità e metter si fatta forma e modo tal capitolo ne sia obseruato ut supra, per esser giusta la nostra petition et cose, che cessarà questi gentilomeni non ne strusciaranno.

Respondeatur, quod obseruetur prommissio et concessio facta dictae communitati, uidelicet, quod nobiles uenientes pro causis nobilium, ueniant ad expensas nobilium et populares ueniant ad expensas popularium; et si ambasciatores mittentur pro re, tangente nobiles et populares, in communi soluatur eorum expensa per communitatem nobilium et popularium, sicut sibi alias fuit concessum sub poena comiti contrafacienti ducatorum centum.

Item, che per i gentilomeni de questo Auosto passato contra el populo hanno innouato quello che mai non fuo, solo à desfation sua, e doue la consuetudine antiqua sempre obseruata, che li pudari delle vigne, cioè guardadori, i qual hanno la so constitution d'esser creti per suo sacramento de tutti quelli i accusasse tante fiade senza altre proue, nouiter hanno fatto uno sopra i ditti pudari occultamente chiamado ser. Carlo de Sibenico, el qual è fatto nouiter nostro nobile et è stato rebello della nostra illustrissima signoria per lo passato, come se consta e dagandoli uno suo compagno in modo per la ditta ingiustizia fatta custui hà fatto condemnar in esser fatto accusador contra molte bone persone persone per più de L 1500; et cum sit, che non abbia tal libertà senza la libertà del conseglio de quì alcuna cosa innouata esser obseruata per i rettori; adimandemo custui sia casso et annullato remagnendo el consueto et antiquo modo firmo ut supra; acciò le bone persone

da custui, per esser homo della condition, che l'è ut supra, e scandeloso, cioè el ditto Carlo non siano disfatte; el qual hà manazato molti far tagliar à pezzi, el naso cum le richie per esser uso uiuer partial in Sibenico et de li come rebello fugito et uenne da nui auanti che fossamo della nostra illustrissima signoria, et per obuiar à tutte ditte cose, adimandemo el sia casso de tutto ut supra et aggrauamose de tal nouità.

Item per conseglio de Curzula fuo preso et confermato, che el ditto Carlo non possa esser nobile nostro, come per quella appar cum pena de ducati cento e custui è acceptato come nobile, contra de nui fà cose brutte et disoneste, che de iure non die esser nobile ut supra, et de questo etiam ne lamentemo e tutte lege fuò rutte e de quelle i ditti nobili fanno, come se nostri signori fosseno, che non uolemo supportar questo, perchè solo la nostra illustrissima signoria uolemo per signor.

Respondeatur, quod si ita est, quod dictus Carolus factus fuerit supra pudarios, seu custodes uinearum, quoniam hoc est contra consuetudines et contra ordines dicti loci, debeat illicò cassari a tali offitio; et super causa talium custodum seruetur consuetudo et ordines terrae.

Item adimandemo etiam alla vostra illustrissima signoria, che considerato per molti casi e fazende delli populari nostri in molti tempi et per diuerse cose personalmente li tocca la guardia e con suo infinito danno e senestro per forza conuegnimo uegnir, non uogliando acceptar in luoco so alcun li uoglia esser data cosa crudelissima et cum desfation di poueri et ad instantia del ditto ser. Forte e compagni et al presente nostro aduersario german chusin del ditto ser. Forte non lassano i rettor toglia alcun in luogo di quel tal; et questo medemo fà el cancelier; adimandemo e si se lamentemo, che abbiando solo angaria della guardia e non d'altro, non sia stratolto quelli uuol eser messi in luoco de quelli tocca la guardia ut supra, perchè de cetero nullo modo ne possa esser diuidato et questo medemo fuo sempre obseruato dalli farenti; mà per le cason ditte questi gentilomeni hà tolto à strusciar nui de populo uostro ut supra.

Respondeatur, quod si quis uocatus ad custodiam non uenerit, possit mittere loco sui aliquem hominem, qui sufficiens uideatur soli comiti.

Item adimandemo de gratia special considerata la giustizia et onestà questo rechieda, che per respetto, che accade molte fiade per più beneficio solo de cittadini dentro el conzar delle mure et

delle torre et altro dentro della terra per beneficio de quella, che le spese delli magistri et manoali, che à tal cose accaderà, ouer accade, tal tutte spese siano pagade per el corpo de tutti i beni de tutta la isola et della terra mobeli et stabeli, da esser stimadi per quattro gentilomeni et quattro populari insieme cum el nostro rettor la condition de tutte le persone, le qual condition siano annotade entro i catastici della cancellaria ouer uno libro à questo deputado et ditte spese se fesse, ouer se fà ut supra egualmente per lira et per soldo si parte, di cò che tutti egualmente de tal angaria in perpetuo sentir debbino, considerando che l'è crudelissima cosa, che uno senta angaria personal e i altri niente, denotando alle vostre signorie che l'è contrario de lè che in terra ferma de quì, che quando che l'è guerra de qui quelli de fuora fugeno dentro cum le so robbe per saluarse; da nui de li è le all'opposito; quelli della terra fugino alle ville in luoghi forti cum le sue robbe per saluarse per non esser la terra forte; et luoghi de fuora forti e luntani dalla marina; et però la giustizia et onestà uol in questi casi tal angarie far i se debbia ut supra, accio tutti cum equalità sentir possano tal affanni; delle cose de fuora della terra ueramente rimagnano segondo la usanza per più uecchio da esser fatte come l'è giusto, accio che etiam li gentilomeni, che nui hà tolto à desfar, non ne possa strusciar per le cason ditte al so modo non ne prouedendo la signoria uostra, ut dictum est.

Respondeatur, quod non uidetur nobis aliquid innouare, sed uolumus, quod seruetur in hac re priuilegium suum.

Item adimandemo de gratia special considerato, quanto a nui ne torna destro in assai, et assai cose el rettor sia stato fatto per el vostro gran conseglio e se in alcuna cosa el rettor contra de nui, e contra priuilegij et lege nostre fallo, ouer error commettesse, solo procede della falsa et non uera information i dà el cancelier, che xe al presente de li, che à compiacentia delli gentilomeni fà tutto i qual sono quelli, che el ditto nostro cancelier elegeno et confirmano da esser luoro come i faceua del rettor et è cosa certissima contra i ditti gentilomeni sui elettori questo cancelier mai non diria, nè faria, perchè cognosce el beneficio et utile suo da quelli et per esser eletto et confirmato nouiter per anni quattro dai ditti, per modo, che per le ditte cason ne portemo la pena e contra de nui el ditto cancelier fà et informa ut supra et el sia giusta et umana cosa eradicar et ammazzar tutte quelle cose possa et uaglia al nostro quieto offender, come questo cancelier hà fatto et fà; nui

rechiedemo de gratia, che el rettor nostro, che è al presente elletto per uegnir à Curzula et cusi tutti i altri de cetero seranno eletti, menar debbiano cancilier de quì cum se, cum li modi et condition sono tutti i cancilieri, li qual menano i uostri rettori per i uostri luoghi de mar et da terra, accio chè quelli conoscano el beneficio dalla uostra illustrissima signoria et non dalli nostri gentilomeni et che el rettor nostro abbia uera et non falsa information e conseglio; perchè altramente non fazando, custui doue prima ne hà fatto tante cose ut supra per una cento da qui auanti ne farà senza dubio; contra del qual dauanti de vui cum el so commesso usaremo le nostre rason, el qual commesso se persona intenderite et comprenderite come hà processo tutto, che per mo taxemo; el qual cancilier menaranno i uostri rettori abbiano quello medemo salario, et regalia et sia à quella medema condition, che xe questo, el qual cancilier presente subito zonto el rettor sia casso, ne altro cancilier sia altro che quello condurrà i rettori ut dicitur.

Respondeatur, quod electio cacellarij sui sit in libertate nobilium sicut nunc est; sed in libertate rectoris sit, illum cassandi, si quid male fecerit, aut si non erit gratus comiti.

Item, che i gentilomeni per lege noua hanno fatto per desfar compidamente i populari de lì, che non sia altri che possa auocar per alcun de lì saluo quattro gentilomeni fatti auuocati cosa, che mai non fuo, in modo che li parenti non possa piadar e questo perchè i poueri delle ville compidamente non obtegnano rason e che el rettor de quelli poueri non possi auer information della giustizia saluo tanto quanto luor auuocato gentilomo uorrà, per non sauer el populo de fuora lingua latina, cosa innouata e crudèlissima; adomandemo de gratia la giustizia et onestà et quello in tutti luoghi se obserua, che quelli de fuora possano instituir uno procurador, che à loro piaserà per fauor delle sue rason dauanti et nostro rettor.

Item etiam i parenti de cadaun frà quarto grado possa piadir per li suoi parenti, come l'è in questa beatissima città, accio che la giustizia non perisca et i gentilomeni per tal lege noua ut supra non destrusia compidamente, quello uostro fidel populo della isola uostra di Curzula, le qual cose ut supra domandate son giuste et onestissime al conspetto de Dio nostro signor recommandandone la nostra rason à rason et equità prestamente, le qual cose tutte ue faremo toccar palpabilmente, che largo modo comprenderite tutto nui dir el uero ut supra.

Respondeatur, quod fiat, ut petitur, declarando vobis, quod poenas omnes suprascriptas ad unumquodque ipsorum capitulorum appositas, commissimus exigendas nostris aduocatoribus communis aut sindicis.

Datum in nostro ducali palatio die primo mensis Julij, indictione vij. Mccccxliv.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris, Marco Gradenico comiti Curzulae et successoribus suis.

XIX. LITTERA DUCALIS XV$^{a}$,
in qua de electione comitis ex numero nobilium Venetorum.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Michaeli Michael, de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Expositum est nobis humiliter parte fidelis communitatis ac ciuium et subditorum nostrorum Curzulae, quod dignemur ipsi communitati et ciuibus obseruare et obseruari facere priuilegium alias per nos sibi concessum, presertim super electione rectoris siue comitis Curzulae, quem eadem communitas eligere habet de numero nostrorum nobilium Venetorum iuxta concessionem et priuilegium per nos eis indultum.

Volentes itaque et intendentes ea, quae per nos ipsi communitati promissa sunt, obseruare et adimplere, tenore praesentium declaramus vobis, quod notrae intentionis est, ac firmiter deliberauimus praedictum priuilegium eidem fideli communitati nostrae per nos concessum obseruare et inuiolabiliter facere obseruari ita, quod rectorem sibi per tempora eligere possit iuxta formam priuilegij antedicti.

Datum in nostro ducali palatio die ij. mensis Octobris, indictione vij. Mccccxliv.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Michaeli Michael comiti Curzulae et successoribus suis.

XX. LITTERA DUCALIS XVJ[a],

**in qua de congregatione popularium et quod non possint facere consilium; quod differentiae jam finitae non possint innouari; quod priuilegia communitati concessa non stent in manibus specialium personarum, sed in capsa sub tribus clauibus.**

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Michaeli Michael de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Relatum est dominio nostro parte fidelium subditorum nostrorum nobilium Curzulae ea, quae per relationem in scriptis ad nos datam, quam uobis mittimus his inclusam uidebitis; et primo, quod in illa terra nostra congregatur unum consilium populorum ad sonum campanae et cum publicatione praeconis, quod uocatur consilium nouum ultra consilium nobilium, quod solitum est congregari, quae res uidetur nobis inhonestissima propter errores et scandala, quae propter hoc occurrere possent. Volumus ergo, ac uobis mandamus, quatenus prouidere debeatis, quod dictum consilium nouum contra concessiones nostras et consuetudines solitas non congregetur, sed obseruetur, quod solitum est seruari: nam si congregarentur duo consilia, multa scandala et inconuenientia exoriri possent inter ipsos fideles nostros, quod omnino disponimus euitare.

Item, quod dicti populares conantur renouare lites et differentias quasdam, quae alias fuerunt inter dictos nobiles et populares et quibus imposuimus finem debitum et silentium et ducere praedictos nobiles per lites cum laboribus et expensis, quod non uidetur nobis honestum. Volumus ergo, et mandamus uobis, quod praefatis popularibus iniungere debeatis, quod nullo modo innouare debeant dictas differentias iam finitas et terminatas per nos iuxta formam priuilegiorum nostrorum.

Item, quod priuilegia et concessiones, quas fecimus communitati Curzulae sunt in manibus diuersarum specialium personarum, quae priuilegia et concessiones solitae erant conseruari in cancellaria sub tribus clauibus: iniungimus igitur uobis, ut omnibus illis personis, quae habent priuilegia per nos ipsi communitati concessa, poenam imponere debeatis, quod illa praesentare debeant uobis seu cancellariae illius nostrae communitatis, quae uolumus conseruari et teneri sub tribus clauibus, quarum alteram uos tenere debeatis, alteram teneat cancellarius communitatis et alteram unus ex iudi-

cibus, sicut elapsis temporibus tenebantur et quod ipsa priuilegia nullo modo remaneant in manibus specialium personarum.

Datum in nostro ducali palatio die xviij. mensis Nouembris, indictione viij. Mccccxliv.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Michaeli Michael, comiti Curzulae et successoribus suis.

XXI. PARS IN ROGATIS CAPTA,
qua statuitur, quod rustici, creati ciues, si non seruauerint, ad quae tenentur ciues, ciuilitate priuentur.

*Mccccxlviij. Die xxvi. Aprilis.*

*In Rogatis in libro II. ad car. 66.*

Cum per dominium nostrum ex alijs diuersis modis ex rusticis creati sint ciues terrarum nostrarum, quod actum est, ut ciuitates bonificentur, et ciuilius populentur, et quod ipsi creati ciues desistant ab operibus et exercitijs ruralibus et faciant exercitia ciuium, prout fuit intentio illorum, qui eos ad talem ciuilitatis dignitatem creauerunt; tamen sequutus est contrarius effectus, quia ipsi rustici non solum desistunt ab exercitijs ruralibus et faciunt ea, quae faciunt ciues, sed penitus in totum faciunt omnia exercitia et opera mechanica sicut rustici et propter hoc se alleuiant a grauedinibus rusticorum et subeunt onera ciuium, quae minora sunt quod est expresse in uilipendium ciuilitatis et aliorum bonorum ciuium et conueniat honori nostri dominij prouidere; quod postquam isti tales uolunt facere exercitia rusticorum et non ciuium, tractentur pro rusticis et non pro ciuibus.

Vadit pars, quod firmiter statuatur authoritate huius consilij, quod quicumque rustici, aut alij creati et creandi ciues quocumque modo terrarum nostrarum, si non seruauerint quaecumque, ad quae tenentur et obseruant ciues terrarum, unde ipsi effecti sunt ciues et exercuerint quoquo modo opera aut exercitia ruralia, ipso facto priuentur et pro priuatis habeantur ciuilitate praedicta et pro rusticis, sicut prius erant, habeantur et haberi debeant in omnibus.

Et haec pars reuocari, aut quouis modo suspendi, aut impediri non possit nisi per sex consiliarios, tria capita de quadraginta, quadraginta de quadraginta et tres partes maioris consilij sub poena ducatorum quingentorum cuilibet quomodolibet contrafacienti: quae

omnia commissa sunt exequenda nostris aduocatoribus communis, habentibus partem ut de alijs poenis sui offitij.

Bernardinus Guslinus notarius Feltrensis ab authentico exemplauit.

XXII. LITTERA DUCALIS XVIJ$^{a}$,

**continens septem capitula pro parte nobilium, cum suis responsionibus, videlicet de vino forensi non conducendo ad civitatem, vel insulam; de lignis et lignaminibus non extrahendis extra insulam per forenses; de cavallerio non conducendo per rectores; de denarijs trentesimi et salis, concessis communitati pro reparatione murorum; de exemptionibus custodiarum; de fusta vel bireme.**

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Francisco Lombardo, de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Significamus uobis, quod ad capitula nobis porrecta per prudentes viros Joannem Mixich et Boninum de Obradis oratores fidelis communitatis nostrae Curzulae cum nostro collegio habente a consilio nostro Rogatorum ad hoc plenissimam libertatem, respondimus prout inferius per responsiones nostras in fine uniuscuiusque capituli uidebitis contineri et primo ad primum huius tenoris, uidelicet:

Primo, perche da poi che fuo edificata Curzula, quello luogo è stato retto et gouernato segondo li sui statuti e le sue usanze antighe e quelli confermadi per la uostra illustrissima signoria, come per più priuilegij et maxime per uno priuilegio, dato in Mccccxli., xxi. Nouembris in secundo et tertio capitulo de quello, delle guardie et oure de commun fatte è dichiarito propriamente contra nouità et insulti de alcuni populari de ditto luogo, per li quali priuilegij e confirmation delle ditte nostre usanze auemo uiuesto in ditto luogo in paxe et in tranquillità; de alcuno tempo in quà abbiando postposti tutti scandali et odij passati; ma de mese de Septembrio prossimo passato capitando a Curzula el magnifico meser Andrea Surian honorando sindico al presente del Golfo, à petition de alcuni populari usadi per li anni passadi innouar brighe et scandali in ditto pouero luogo contra delli nostri statuti, usanze, priuilegij et confirmation postponendo nostra tranquillità et innouando noui scandali infra de nui hà fatto una termination e notado nelli atti de Curzula, per cason della qual el nostro meser lo conte non hà alcuna obedientia in quello luogo e la terra ne patisce gran senestro e stà à gran periculo; unde alla uostra clementissima signoria umilmente supplichemo, che la ditta

termination del preditto meser Andrea sia cassa et annullada et siano obseruade le nostre usanze antighe e li priuilegij della vostra illustrissima signoria.

Respondeatur, quod quia terminatio facta per sindicum et prouisorem nostrum in scriptis posita est et esse posset, quod iuste et honeste facta foret et etiam e conuerso quod per absentiam sindici predicti male iudicari potest, pro nunc circa illam nihil innouari uolumus, sed expectare sindicum predictum.

Ad secundum. Item, perchè quel luogo de Curzula si uiue et mantien più dell'estrade dè vini, che d'alcuna altra cosa, et è stato sempre proibito à condur vini forastier à Curzula, humiliter supplichemo alla vostra serenità, che quella se debbia degnar à proueder, che alcuna persona abitatrice nel destretto de Curzula nè furistier de che condition se sia, non possa condur da mò auanti alcuna quantità de vin foristier ni poco, ni assai, ni mezzanamente alla terra, nè in isola, ne in distritto de Curzula, ni se possa dar alcuna licentia per alcuno di nostri rettori, ni alcuno di nostri officiali à condurre sotto pena, che piazerà alla vostra serenità per sin che si troua de vin da uender in Curzula commodamente.

Respondeatur, quod pro commoditate ipsorum fidelium nostrorum contenti sumus prohibitionem suprascriptam confirmare; et de cetero nullus rector noster sub poena ducatorum centum in suis proprijs bonis exigenda per aduocatores nostros communis possit alicui concedere, ut Curzulam conducat uinum aliquod forense, neque magnam, neque paruam quantitatem, nisi in casu generalis necessitatis et defectus uini, quo uinum in Curzula uenale et pro conuenienti pretio non inueniretur, quod cognoscatur per commune solum.

Ad tertium. Item, perchè de trar legni e ligname de isola de Curzula ne uiue grandissima parte de poueri homeni de quello luogo et è stato sempre proibito per li nostri statuti e le nostre reformation, che alcuno foristier non possa trar ditte legne, ni legname sotto pena se contien in ditti statuti e reformation; vnde humiliter supplichemo alla vostra serenità, che quella se degni proueder, che per li nostri rettori ne sia obseruadi delli nostri statuti e reformation come le dixe, e che da mò auanti per alcuno di nostri rettori, nè per alcuna altra persona publica ouer priuata non se possa dar, ne conceder alcuna licentia, ni aiuto à cauar alcuna quantità piccola, ouer grande, ne d'alcuna qualità delli ditti legni ne lignami ad alcuna persona furistiera, ni terriera cum barche

forustiere, se non cum barche delli abitadori in la città e destretto de Curzula sotto quella pena, che piaserà alla vostra illustrissima signoria.

Respondeatur, quod quia eorum petitio nobis honesta esse uidetur, optantes omne commodum illorum fidelium nostrorum, uolumus omnino, ut statuta et reformationes suae circa rem istam ad unquem obseruentur, sicut petunt, sub poena cuilibet rectori, uel officiali nostro, qui licentiam concederet alicui extrahendi ligna praedicta contra hanc concessionem nostram ducatorum ducentorum in suis proprijs bonis exigenda per aduocatores communis.

Ad quartum. Perche el nostro meser lo conte menò cum se uno che lui uolse che fosse suo caualiero et è stato in suo tempo pagato quello delli denari di quel pouero commun, i qual denari a capo el ditto meser lo sindico hà fatto restituir, perchè tal caualier meser lo conte non douea menar, ni è di besogno à quella terra, anzi de gran desfation de quella terra, pertanto supplichemo alla vostra excellenca, che se degna dichiarirne per alcun conte non sia menato caualier, ma se siegua segondo per li tempi passati se hà fatto de non menar caualier.

Respondeatur, quod uolumus, quod per omnes comites nostros, qui per tempora erunt in facto cauallerij praedicti, obseruatur consuetudo et sicut obseruatum et factum est tempore aliorum comitum nostrorum praeteritorum nihil innouetur, sub poena contrafacienti ducatorum centum.

Ad quintum, et per esser quella communità pouera et non auer possuto, ne poder aidar quella terra senza aido della vostra serenissima signoria per altre fiate ne fuo concesso à quella communità et dato i denari dello trentesimo e del sal in reparar de quella terra, per la qual cosa per i conti e per quella communità è stà fatte molte bone opere necessarie à quella pouera terra cum onor della vostra serenità; et perchè per le ruine fatte per li tempi passati et per la impotentia è quel luogo ne hà di bisogno far lauorar e molte reparation comenzade è da compir, le qual cose benche non sia necessarie molto, à capo per la pouertà nostra e de quella isola non se porrà ben far senza aido della vostra serenità: pertanto supplichemo, che la vostra signoria conceda et dia à quella communità i denari del ditto trentesimo e sal per anni cinque, ouer sie, accioche cum quelli et cum li altri, che se metterà appresso quelli el se conzi et facci i lauorieri, che sono de necesso

à quella terra et auegna che sia ben per sigurtà de quella terra, anche sera in onor et laude della vostra illustrissima signoria.

Respondeatur, quod sumus contenti concedere communitati praedictae denarios praedicti trentesimi et salis adhuc per annos duos, quos pro arbitrio rectoris nostri deinde despensari debeant in reparatione murorum illius ciuitatis nostrae, sicut ipse rector noster necesse esse iudicabit, de quorum administratione teneri faciat bonum et ordinatum computum, qui semper uideri possit.

Ad sextum. Item perche multe persone tegnude alle guardie de commun per li tempi passati per fin a mò sono state absolte per li nostri rettori alcuni per scriptura et alcuni de facto senza scriptura et alcuni occultamente nelli tempi de tal rettori senza alcuna legitima cason in grandissimo danno delli altri poueri homeni tegnudi à tal guardie et angarie: perche quelli, i qual non sono absolti, conuien far angarie per se et per li absoluti: vnde supplicamo umilmente alla vostra serenità, che tutte tal concession, ouer absolution fatte per che rettor se uoglia, ò per qualche altro modo se sia senza espresso commandamento della vostra illustrissima signoria siano casse et annullade et che de mò auanti alcun rettor de Curzula, ne alcuna altra persona publica ouer priuata, nè per lo tempo del so regimento, ni per mese, ni per alcun giorno non possa per alcun modo, ouer ingegno absoluer, ni scusar per scriptura nè publicamente, ne occultamente alcun delli ditti tegnudi alla guardia, ouer altra angaria, quando li toccerà, sotto quella pena, la qual piaserà alla vostra serenità, accio che ogni homo porti suo peso, e non quello delli compagni, quando li toccerà.

Respondeatur, quod illi, qui exempti sunt a custodijs et angarijs praedictis per scripturas autenticas, terminationes, siue privilegijs rectorum nostrorum, remaneant sic exempti, donec cognoscatur, si tales concessiones merito factae sunt, uel non. Alijs uero, qui voce tantum exempti essent, nolumus, ut ullo modo exempti sint, sed cum alijs pariter substineant opera, uel onera. Et de cetero rector aliquis noster Curzulae neminem exemptum facere possit sine expressa licentia et consensu dominij nostri sub poena ducatorum centum in suis proprijs bonis exigenda per aduocatores communis; et si tales exemptiones facerent, sint nullius ualoris.

Ad septimum. Siando per el nostro meser lo conte sta rechiesta una fusta, là vostra serenità ha fatto, che i la fosse data; imperò supplichemo, che piazendo alla vostra serenità, dia quella cum le munition conueniente à quella.

*

Respondeatur, quod quia pro praesenti de ea opus non habent, quando opus habebunt, prouidebimus illi ciuitati nostrae et de fusta et de galea sicut necesse fore cognouerimus.

Quare authoritate suprascripta vobis mandamus, quod suprascripta capitula et contenta in eis obseruare et obseruari inuiolabiliter facere debeatis, facientes has nostras litteras in cancellaria Curzulae ad futurorum memoriam registrari et registratas dictae communitati restitui.

Datum in nostro ducali palatio die xv. mensis Nouembris indictione duodecima. Mccccxlviij.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Francisco Lombardo, comiti Curzulae et successoribus suis.

XXIII. LITTERA DUCALIS XVIIJ$^{a}$,
in qua statuitur, quod dominus Andreas Suriano sindicus non faciat contra ordines ducales.

*Franciscus Foscari, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Francisco Lombardo, de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Per oratores illius fidelissimae communitatis nostrae Curzulae nobis expositum est, quod per nobilem virum Andream Suriano, sindicum nostrum, quando ibi fuit, dati fuerunt certi ordines et factae aliquae prouisiones in facto custodiarum et operariorum contra formam priuilegij, seu litterarum et concessionum nostrarum, factarum dictae communitati; de qua re ualde mirati sumus: sic diximus dicto ser. Andrae, quod non est de foro, seu arbitrio suo corrigere, uel uariare deliberationes et concessiones nostras. Idcirco mandamus uobis, quod non obstante aliquo ordine dato per ipsum Andream in facto dictarum custodiarum et operum, nec aliqua deliberatione per eum facta in illa materia obseruare et exequi debeatis priuilegia, litteras et concessiones per nos factas dictae communitati ad litteram sicut iacent.

Datum in nostro ducali palatio die v. mensis Aprilis, indictione duodecima. Mccccxlix.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Francisco Lombardo comiti Curzulae et successoribus suis.

XXIV. LITTERA DUCALIS XIX[a],
qua denarij trentesimi conceduntur pro fabrica murorum; negatum tamen decima concellarij et exoneratio frumenti.

*Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Nicolao Mauroceno de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Significamus uobis, quod cum nostro collegio habente a consilio Rogatorum plenissimam libertatem, instanti die fecimus ad capitula nobis porrecta per oratorem illius fidelissimae communitatis nostrae infrascriptas responsiones, sicut in fine cuiuslibet eorum particulariter uidebitis; et primo ad primum uidelicet:

Serenissimo principe et eccellentissima signoria! Mi Juan de Nixa de Curzula della serenità vostra fidel seruitor a piedi de quella comparo per nome de meser lo conte et conseglio et la communità de Curzula recommandando quello meser lo conte et conseglio et communità, supplicando umilmente ai piedi de vostra serenità cum cio sia che à quello pouero luogo è de gran necesso à far corradori attorno le mure, li qual nui non podemo far senza aiudo della vostra serenità et per quella cason son sta mandato a supplicar, pregando, che la vostra serenità se degni conceder quelli pochi denari del trentesimo della vostra camera del sal de Curzula per anni cinque, accioche in questo tempo de paxe nui poueri uomeni de Curzula ne possamo infortir e far li ditti corradori attorno, offerendone tutto quello se possa trouar in quella Vostra pouera communità metter in quella opra et anche delle nostre pouere borse segondo la nostra possibilità; auisando la vostra serenità, che lo sopraditto trentesimo non se puol uender saluo ducati 50, per fina alli 60 all' anno; e questo domandemo cum modi et ordeni come la serenità vostra hà conceduto altre uolte, et perche non è stato alcuno delli nostri rettori che non fesse de belle et bone opre, comenzando da meser Marco Gradenico per fin al presente et specialmente ms. Francesco Lombardo fece far una torre, che la seria bona et laudabil in ogni magna terra; si che per quella cason supplico umilmente pregando, che la serenità vostra e gratioso conseglio se degni concedere quelli puochi denari à quella pouera terra, accioche in tempo de besogno caso ueniente ne podessemo defender contra delli nostri inimici per onor et bon stado della nostra signoria.

Respondeatur, quod licet pluribus annis sibi concesserimus introitus dicti trentesimi pro fabrica murorum illius loci, ita ut amodo sufficere debent; tamen ut satisfaciamus supplicationi suae contentamur sibi concedere introitus dicti trentesimi pro annis tribus proximis, ut choredoria murorum complere possint.

Item per simile supplico umilmente pregando; cum cio sia che in Curzula se puol trouar duramente de boni cancilieri et questo per la impotentia delli denari et pertanto supplico per nome de quella communità alli piè della vostra serenità, che essa se degni conceder et donar la decima del cancilier et questo domando de gratia special, accio che nui podessimo mantegnir meglio nostro cancelier; auisando la vostra serenità, che el cancilier non hà, saluo ducati 40 all'anno; si che considerando la grande miseria, supplicamo, che la vostra sublimità essa se degni à conceder supraditti denari della decima de cancilier.

Respondeatur, quod quia nobiles et ciues omnes nostri ex forma ordinum nostrorum soluunt decimam et triginta pro centenario, non possumus in hoc sibi complacere in praejudicium ordinum nostrorum.

Ancora supplico ai piè della serenità vostra, che essa se degna conceder gratia et dar licentia allo rettor de Curzula et cittadini de tuor et discargar de ogni nauilio, el qual capitasse in porto de Curzula, ouer in sul destretto, de formento stara dusento insuso et questo per cason à poder sustegnir poueri uomeni, perchè hanno de gran necesso de auer formento in la terra et questo per li nostri denari et pagando segondo auemo fatto per lo passato.

Respondeatur, quoniam ipsum non potest fieri sine iniuria mercatorum, non uidetur in hoc sibi posse complacere.

Quare cum dicto nostro collegio authoritate suprascripta uobis scribimis et mandamus, quatenus suprascriptas responsiones nostras obseruare, et obseruari facere inuiolabiliter debeatis, facientes has nostras litteras ad successorum uestrorum memoriam in cancellaria deinde registrari.

Datum in nostro ducali palatio die undecimo Februarij, indictione xiv. Mccccl.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Nicolao Mauroceno comiti Curzulae et successoribus suis.

XXV. SENTENTIA ET DECISIO COMITIS
de animalibus non tenendis in Lumbarda.

*Nos Stephanus Magno pro excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes terrae et insulae.*

Cum ser. Vobano, quondam ser. Ciriaci et ser. Mattheo quondam ser. Obradi, iudicibus nostris, auditis et intellectis grauaminibus quam plurium et diuersarum personarum se aggrauantium, quod per equos, equas, boues, uacchas et asinos et similia animalia grossa et etiam minuta in Lombarda et campo Lombardae pasculantia inferuntur quotidie sibi damna in eorum vineis, de quibus etiam recipimus salarium nostrum; propterea petierunt de opportuno iustitiae remedio subueniri.

Qua propter nos comes cum praefatis iudicibus nostris habita fide de damnis, que quotidie inferuntur in dictis vineis campi Lombardae per suprascripta animalia: terminamus, pronunciamus et sententiamus, quod ulla persona cuiuscumque gradus et conditionis existat, non audeat uel praesumat ullo umquam tempore tam cum custodia, quam sine, permittere aliquod animal grossum cuiuscumque generis, uel permitti facere intrare in dictum campum Lombardae pro pasculando, uel habitando, non intelligendo per transitum cum patrono suo, incipiendo a vinea Radiuoe Boroeuich, qua pergitur in Peruixal, usque in finem ipsius campi Lombardae a quocumque latere ipsius campi sub poena iperperi unius pro quolibet contrafaciente et qualibet uice pro quolibet animali grosso et quod nemo permittat, uel permitti faciat intrare animalia minuta in dicto campo ut supra sub poena iperperorum quinque, diuidendis poenis praedictis inter dominum comitem, accusatorem et commune Curzulae; non intelligendo tamen in hoc et huic terminationi nostrae subiacere incantum Rassan.

Publicata die Dominica xxviij. Aprilis Mccccliv. praesentibus ser. Marino Baronich, ser. Petro q. Obradi; ser. Jacobo Catherini, ser. Paride q. ser. Antonij et alijs quam pluribus.

Antonius q. domini Paridis notarius et cancellarius extraxi ex libro regiminis magnifici domini Stephani Magno et in fidem praemissorum me subscripsi.

XXVI. LITTERA DUCALIS XX[a],
de cauallerio, seu socio milite per rectores non conducendo.

*Paschalis Malipetro, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Dominico Leono de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Satisfacientes requisitioni aduocatorum nostri communis, qui nuper ad praesentiam nostram comparentes dixerunt, partem alias positam in consilio Rogatorum per sapientes ordinum de conducendo socio milite a comitibus Curzulae, cuius salarium et utilitates limitari per consilium illius terrae haberent, poni non potuisse contra formam priuilegij et concessionum factarum per nostrum dominium; deliberauimus et terminauimus, quod dicta pars poni non potuit et consequenter non sit alicuius ualoris: qua de re uolumus et mandamus uobis, ut ipsam nostram terminationem retractare omnino debeatis, cuius tenor talis est:

Mcccclviij. die iij. Martij. Cum de anno Mcccclv. die x. Decembris posita sit in consilio Rogatorum per sapientes ordinum quaedam pars, quod possent conducere unum socium militem et quod per consilium ilius terrae praesente dicto comite limitaretur salarium et utilitates suae: et aduocatores communis comparuerunt coram dominio dicentes, quod dicta pars non potuerit poni contra formam priuilegij et concessionum per dominium nostrum cum consilijs nostris factarum dictae communitati et contra formam partis captae in consilio X. Mccccxliv. super obseruatione priuilegiorum et concessionum nostrarum; infrascripti consiliarij requisiti a dictis aduocatoribus, uisisque priuilegijs et partibus suprascriptis, deliberauerunt et terminauerunt, quod dicta pars posita, in consilio Rogatorum per sapientes ordinum die x. Decembris Mcccclv. non potuerit poni et per consequens non sit alicuius efficaciae, uel ualoris; ita quod comites Curzulae non possint ducere, nec habere aliquem cauallerium, seu socium, sicut non poterant ante partem praedictam, cassando et licentiando quam primum si quem forte militem socium uigore ipsius partis haberetis, conduxissetisque uobiscum, facientes quoque has nostras (litteras) ad futurorum memoriam in actis uestris registrari.

Consiliarij: ser. Luca de Cà de Resaro;
ser. Matheus Barbaro;
ser. Alexander Marcello;
ser. Leo Duodo;
ser. Lazarus Mauro.

Datum in nostro ducali palatio di vij. mensis Martij, indictione vj. Mcccclviij.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Dominico Leono comiti Curzulae et successoribus suis.

XXVII. DECISIO ADUOCATORUM COMMUNIS
de campo faenorum, siue sinocossa in dolgna Blata; de iudicijs fiendis cum interuentu iudicum; de confirmatione statutorum.

*Spectabiles et egregij, amici charissimi.*

Ad quaereleam oratorum communitatis Curzulae factam primo coram nostris capitibus Decem et inde coram nobis et offitio nostro, quod capitula per serenissimum ducale dominium nostrum sibi concessa et confirmata in acquisitione dicti loci contenta in suo primo priuilegio pariter et statuta eorum per uos praecipue non solum non obseruantur, sed penitus interrumpuntur: visis ipsis capitulis, quorum copiam uobis mittimus his inclusam super quibus habita consideratione tum ex commissione per dominos capita praedicti consilij Decem, tum ex debito officij nostri, cui interest seruari facere priuilegia per dominium subditis concessa: attento etiam, quod exinde audiuimus ex rectoribus, qui istic Curzulae fuerunt quorum quidam testantur circa campum faenorum in Dolgna Blatta, quod ipsum campum reseruabatur pro equis, qui tenebantur in ipso loco et similiter pro equo rectoris, si rector equum teneret; uos autem in totum et per totum usurpastis; cum circa factum terrenorum, siue uinearum testatur, quod erat unus liber, super quo descriptae erant iurisdictiones communitatis, qui consignabatur a comite ad comitem et in eo legebatur, quid spectabat comiti et quid communitati; vos autem, ut grauant, occupastis de multis spectantibus specialibus personis et communitati.

Declarant etiam, quod iudices consueuerunt cum rectoribus scribere ad banchum iuris ad iudicandum; vos enim, ut grauant, hoc sibi denegastis et consentire noluistis, proinde est petitum prouideri.

Ideo ex dicto nostro offitio uobis expresse mandamus, ut in poena ducatorum quingentorum in uestris bonis, si secus feceritis, auferenda, omnino obseruare debeatis ipsi communitati suum priuilegium per serenissimum ducale dominium indultum et sua statuta confirmata, ita cum effectu, quod corrigatis ea, in quibus contrauenistis et exinde ea omnia in omnibus et per omnia obseruetis et obseruari faciatis, ita cum effectu, quod amplius querela de praedictis non audiatur, ne cogámur aliter prouidere; prouidentes quod satis fiat ipsis oratoribus pro suo salario et expensis, facientes has nostras (litteras) in actis uestri regiminis ad futurorum memoriam registrari cum eisdem capitulis et registratas dictae communitati

restitui et ea in omnibus obseruetis et obseruari faciatis sub dicta poena.

Andreas Bernardo, Georgius Lauredano et Triadanus Gritti } aduocatores communis Venetiarum, ibi die vij. mensis Aprilis Mcccclxij.

A tergo:

Spectabilibus et egregijs viris dominis Dominico Mauroceno honorando comiti Curzulae et successoribus amicis charissimis.

Receptae die ix. Junij Mcccclxij.

XXVIII. LITERA DUCALIS XXI[a],
in qua de obseruatione priuilegiorum; sed in electione comitis non se impediant cum eligendus erit per maius consilium.

*Paschalis Malipetro, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Dominico Mauroceno de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Comparuerunt coram capitibus consilij nostri Decem sapientes viri Forte q. Antonij et Boninus Obradis ambasciatores istius communitatis nostrae Curzulae et porrexerunt duo capitula.

Per primum petierunt posse eligere rectorem suum iuxta formam priuilegij sui.

Per secundum autem, quod per praecessores uestros et principaliter per uos interrumpitur eorum priuilegium per nos in acquisitione dominij sibi concessum; narrando multa sibi per uos facta contra continentiam promissionis nostrae praedictae.

Quibus capitulis respondimus, quod de electione rectoris non se impediant, sed rector ipse eligetur per maius consilium, sicut hactenus factum fuit.

Circa autem inobseruantiam priuilegiorum suorum diximus uobis uelle scribere et prouidere quod priuilegium eorum obseruetur.

Quare ad requisitionem virorum nobilium ser. Maphaei Michael et ser. Leonardi Marcelli capitum consilij Decem pro executione et obseruatione ordinis consilij nostri Decem super obseruatione priuilegiorum expresse mandamus, quod eorum priuilegium ad litteram in omnibus, excepta electione rectoris obseruare et exequi debeatis, restituendo et restitui faciendo, quidquid sibi acceptum et extortum fuisset; gerendo nos taliter, quod de bona obedientia uestra in executione mandatorum nostrorum apud nos commendari possitis; nec habeamus causam rescribendi et aliter prouidendi,

quoniam nil molestius audire possemus, quam quod promissiones nostrae subditis fidelibus nostris non obseruentur.

Datum in nostro ducali palatio die ultimo Aprilis, indictione x. Mcccclxij.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Dominico Mauroceno comiti Curzulae et successoribus suis.

XXIX. DECISIO COMITIS

de habitantibus Lombardam, et de damnis, quae inferuntur, emendandis per propinquos, si damnificator non posset reperiri.

*Die xviij. Decembris Mcccclxij. Sub loggia communis.*

Magnificus et generosus dominus Dominicus Mauroceno, honorandus comes ciuitatis Curzulae, audito grauamine ser. Marini Baronich, ser. Blasij Radetini, ser. Mathaei quondam Obradi, ser. Petri quondam Obradi, ser. Paridis quondam ser. Antonij, ser. Joannis Zugotich, ser. Petri fratris Stephani, ser. Nicolai Pocossa, ser. Marci Goriglauich, ser. Joannini Dragacich, ser. Antonij Chostich, ser. Nicolai Jurich, ser. Francisci de Toncho et plurium personarum tam nobilium, quam popularium se uehementer grauantium de habitantibus Lombardam, quoniam ab eis inferebantur multa damna sedulo in vineis et hortis et trappis; quorum damnorum damnificatores nec reperiri, nec sciri unquam possunt et petentium pluries et pluries et cum instantia occasione praedicta ad praesentiam magnifici ipsius domini comitis uenire et compelli debere ad emendationem dictorum damnorum et teneri ad solutionem dictorum, uel ad dandum damnificatores pro dictis damnis illatis, si dicti homines intendunt Lombardam habitare, quoniam uirtute statutorum Curzulae in nouo volumine ad chartas xij. nullus cum familia et masinis Lombardam habitare queat: et audita responsione ser. Matthaei et Poli Stanzinouich, Luxae Missulich, Mladini et omnium Lombardam habitantium praesentium et ad infrascripta consentium et dicentium, non esse de eorum consensu, quod si damna fiant, emendentur; et quod si damnificatores reperiri nequeunt, quod propinqui ex ipsis Lombardam habitantibus sint illi, qui emendare teneantur dicta damna, uel dare damnificatores: sententiauit, quod si amodo in antea illata fuerint aliqua damna in vineis, hortis et trappis et in fructibus arborum cuiuscumque sortis et oleribus et herbis, quarum damnificatores reperiri non possent, quod propinqui ex dictis Lombardam habitantibus (quod propinqui) sint illi, qui te-

neantur soluere et emendare damna praedicta, uel ad dandum damnificatorem; habentes dicti homines Lombardae regressum semper contra damnificatorem, si reperiri poterunt.

Publicata die xviij. Decembris Mcccclxij. praesentibus ipsis hominibus Lombardae et sententiam audientibus et approbantibus, nec non praesente ser. Jacobo quondam Marini, Paulo et Elia plazarijs et multitudine populi copiosa.

Antonius quondam domini Paridis cancellarius ex libro ij. sententiarum magnifici domini Dominici Mauroceni, comitis Curzulae extraxi.

XXX. DECISIO COMITIS

de notarijs, quod debeant praesentare instrumenta usque ad octo dies offitio cancellariae, aliter nullius sint roboris.

*Tenor sententiae magnifici domini Aloysij Lauredani tunc comitis Curzulae, ex libro sententiarum criminalium primo*

Et perchè n'è stà referì per multe uie et etiam n'è uenuti molti rechiami, ch' el se fà per alcuni nodari in questa terra et per la isola molti instrumenti, per i qnal i poueri uomeni, i qual ignorano de rason i uien esser ingannadi, perchè quelli se fanno segreti, e però terminemo, che da mò in auanti tutti l' instrumenti e contratti, i qual seranno fatti per la terra et isola de Curzula per li nodari, otto di dapoi che i seranno fatti, i detti nodari siano tegnudi quelli à presentar alla cancellaria et quelli registrar in uno suo quaderno, dando al cancilier el pagamento suo, cioè quello hà permetter i contratti in libro. Et s' el se trouarà alcun contratto, ouer instrumento fatto da mò auanti et che non sia in nota alla cancellaria ut supra, quello tal instrumento sia de niun ualor; intendendo che questi tal nodari non possi far testamenti, perchè etiam li è proibito per la legge.

Antonius cancellarius mandato scripsi.

Magnificus et generosus dominus Egidius Maurocenus laudauit suprascriptam terminationem uisis scripturis et audito ser. Joannino Dragazich et alijs notarijs appellantibus; comittens uobis domino Petro Nani honorando comiti Curzulae et successoribus uestris, quatenus suprascriptam terminationem obseruare et exequi, ac obseruari et executioni mandare facere debeatis.

Datum Cnrzulae die xxiv. Septembris Mcccclxxv.

Bernardinus de Ambrosijs notarius mandato scripsi.

XXXI. DECISIO COMITIS
de electione iudicum et de attinentibus, non valentibus sedere.

*Mcccclxxviij. inditicone xj. die xviij. Octobris.*

Magnificus et generosus dominus Nicolaus de Mula, pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum etc. dignissimus comes Curzulae, sedens cum suis iudicibus super sala palatij in consilio pro euitandis inconuenientibus et scandalis, quae quasi omni consilio oriuntur et in futurum oriri possunt ob inobseruantiam legum ob aliquas prauas consuetudines, uolens id, quod in manibus illustrissimi et excellentissimi ducalis dominij nostri Venetiarum iurauit, quando hoc regimen acceptauit, obseruare, nec non commissionem suam circa electionem iudicum et aliorum omnium officialium, quantum per leges huius ciuitatis sanctissime prouisum est et tamen ob nonnullas prauas consuetudines non obseruantur et ab isto die in antea possit se aliquis excusare, legem ignorasse, confirmando legem de attinentibus non ualentibus sedere, confirmatum est et roboratum per nostrum illustrissimum ducale dominium, sententiauit et sententiando determinauit, quod de cetero, incipiendo a die presenti non possint remanere iudices maiores, minores, nec in alio quouis officio dando per istud spectabile consilium, pater cum filio, nec frater cum fratre, cognatus cum cognato ex linea masculina, quam faeminina, consanguineus cum consanguineo, consobrinus cum consobrino usque in tertium gradum inclusiue; et si qui remauerent et in consilio fieret conscientia, ille, qui haberet plures ballotas et essent ad guardiam, remaneat et remansus intelligatur; et quod nullus intelligatur remansisse, nisi transierit per ballotas medium consilium.

Praesentibus magnifico domino Petro Nani et spectabili domino Marco Quirino magnifici domini Alojsij.

XXXII. DECISIO COMITIS
de laborantibus circa canalia domorum, quod unusqiusque soluat ipsis mercedem pro rata, iuxta mensuram passuum cuiusque domus, quae expurgatur.

*Mcccclxxviij.*

Magnificus et generosus dominus Nicolaus de Mula, pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum etc. dignissimus comes Curzulae cum suis iudicibus sedens ad marinam, audita controuersia uertente inter ser. Marinum Paparcich ex una et ser. Franciscum, q. ser. Joannini Dra-

gazich ex alia pro solutione mercedis illorum, qui netauerunt canalia seruientia domibus ipsorum et alijs conuicinis, determinauit, quod dicti laboratores, qui netarunt canalia dictorum domorum, debeant solui per ipsos per passus domorum et magnitudinem ipsarum, soluendo omnes per dictam mensurationem pro rata id, quod eis tangitur.

Testes: ser. Jacobus Catherini, ser. Jacobus Marini.

In libro sententiarum ciuilium.

XXXIII. PARS IN ROGATIS CAPTA,
qua statuitur, quod in curia Romana nemo possit ius patronatus tam per se, quam per alium impetrare.

*Mcccclxxx. Die xxij. mensis Decembris. In Rogatis.*

Omnes leges mundi, tam diuinae, quam humane clamant, pias defunctorum uoluntates seruandas esse inuiolabiliter, et quoniam repertum est nouissimo tempore in terris et locis nostris, quod nonulli scientes, quod per testamentarias ordinationes ciuium et subditorum nostrorum relicta sunt legata perpetua, uel ad tempus eroganda ad pias causas, prout sunt maritare nouitias et alia huiusmodi piae eleemosynae causa distribuenda iuxta uoluntates defunctorum per commissarios institutos in testamentis eorum, in quorum fide huiusmodi dispensationes sub recto, uel discretionario ordine dimissae sunt; iuerunt, uel miserunt ad curiam Romanam et a summo Pontifice subreptionario modo breues reportarunt, per quos uel inuitis commissarijs ipsis ueniunt accepturi et participari de legatis ipsis interdum et supra uoluntatem defunctorum; et hic modus non sit aliquo modo tolerandus: propterea uadit pars, quod ordinetur et statuatur in posterum, quod nemo sit, qui esse uelit tam ciuis, quam subditus, audeat, uel praesumat ire, aut mittere in Romanam curiam ad impetrandum et obtinendum directe, uel indirecte breues, uel concessiones huiusmodi, tam per se, quam per alium, nec similiter per uiam, uel per medium alicuius apostolici legati, uel aliter sub poena contrafacere praesumentibus ducatorum centum auri et ulterius banni per decennium de Venetijs et districtu, uel de illis ciuitatibus, quarum, uel quorum ille talis impetrans esset ciuis, uel habitator. Et committatur executio praesentis nostri ordinis aduocatoribus nostri communis et rectoribus omnibus de extra, qui teneantur et debeant cum primum praedicti contrafactores ad eorum notitiam peruenerint, subito impetratores talium breuium ultra exactionem poenae pecuniariae, de qua habeant partem, ut de alijs officij eorum et executionem exilij, retineri

facere subito impetratores talium, nec prius eos relaxare de carcere, quam renunciauerint brevibus ipsis in plena et ualida forma; et ad hanc ipsam conditionem sint et ad eamdem poenam incurrant omnes tam ciues, quam subditi nostri, qui iam impetrassent similes breues, si data sibi per rectores notitia de praesenti ordine nostro non renunciabunt quam primum omnibus ipsis in ualida forma. Et ponatur pars in commissionibus omnium rectorum nostrorum.

XXXIV. DECISIO CAPITANEI GENERALIS MARIS
de nobilibus ruralibus, qui ad contributionem tenantur non cum ruralibus, sed cum nobilibus.

*Nos Victor Superantius eques procurator sancti Marci pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum capitaneus generalis maris.*

Ad praesentiam nostram comparnerunt iudices Curzulae simul cum pluribus alijs nobilibus et nonnulli populares nomine omnium popularium, ac districtualium petentes declarari a nobis, an nobiles ruri habitantes et ibi degentes contribuere habeant opera pro fabrica et reparatione murorum tamquam nobiles, aut tamquam populares et districtuales.

Nos uero considerantes, quod nobiles, qui a natura ipsa gradum nobilitatis acceperunt, si propter aliquod infortunium urbem deserere et agriculturam exercere cogerentur, nobilitatem ipsam ammittere, et commutare non possunt, declarauimus et ita tenore praesentium declaramus, et terminamus, quod praedicti omnes nobiles, qui tam in praesentiarum habitant, quam qui in futurum habitabunt ruri, ad angariam et contributionem praedictam aliter cogi non possint, nisi tamquam nobiles, non autem tamquam rurales, mandantes magnificis dominis comitibus Curzulae, praesenti et futuris, quatenus hanc terminationem nostram obseruare faciant inuiolabiliterque obseruent; quibus quidem magnificis dominis comitibus praecipimus, ut omni accurato studio et diligentia perfici et absolui faciant moenia huius urbis, quandoquidem ea magis futura sint necessaria futuro tempore, quam unquam ante hac fuerint.

In quorum fidem has fieri iusimmus, et nostro maiori, quo utimur, sigillo sancti Marci communiri.

Datum in trireme nostra apud Curzulam die xvij. Junij. Mcccclxxxij.

Joanes Burinus cancellarius mandato scripsi.

XXXV. LITTERA DUCALIS XXIJ[a],

**continens quatuor capitula popularium cum suis responsionibus, uidelicet; de custodijs et operibus per nobiles non fiendis; de nobilibus ruri habitantibus confirmatur decisio capitanei generalis supradicta; et in armatione triremis statuitur, quod nobiles sint supracomiti et reliqui officiales et homines ex populo.**

*Joannes Mocenico Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus viris Georgio Viaro, de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Fuere ad praesentiam nostram nuncij istorum fidelium popularium nostrum, qui quattuor a nobis petierunt.

Primo quod uellemus prouidere, ut facientes custodias et in operibus publicis se exercentes, de eorum laboribus satisfieri habeant.

Secundo, quod prouideamus circa angarias et factiones, quae per nobiles, ruri morantes solui habeant.

Magnificus et generosus dominus Simon Capello, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae dignissimus, sedens sub logia marinae cum suis iudicibus, audita petitione et querimonia ser. Antonij Angeli, tamquam unius de electis per spectabile consilium ciuitatis Curzulae ad defendendum et procurandum, ac inuestigandum omnia illa, quae facta contra leges et ordines praedictae ciuitatis Curzulae cum multis etiam alijs conquerentibus et dicentibus, quod theda, quae nascitur in hac insula, de qua fit pix, propter quam picem uiuunt et se sustentant omnes pene homines huius insulae et magnam offert utilitatem omnibus, praesertim illis, qui faciunt nauigia, propter quam etiam nauigiorum facturam multi uiuunt et se sustentant, extrahitur foras, uenditur aduenis et forensibus et conducitur ad terras alienas, etiam ipsi aduenae et forenses incidunt ipsam thedam et ipsam extra insulam exportant, quod est expresse prohibitum per illustrissimum ducale dominium nostrum Venetum et per leges et sententias; sed ne uideatur aliquando fieri prohibitionem, nostrimet ciues incidunt praedictam thedam et onerant eam in barchis et nauigijs forensium et hoc modo dicta theda extra insulam exportatur, quae quidem res uertitur in maximum damnum et detrimentum ciuitatis et totius insulae Curzulae; et eo magis, ut supra dictum est, quod uigore unius priuilegij nobis per illustrissimum ducale dominium concessi et per legem et sententiam magnifici et generosi domini Dominici Theupulo nuper factam tale aliquid fieri expresse prohibetur: ideo supplicarunt, ut praefata eius magnificentia propter bonum et utile ipsius ciuitatis et totius insulae huic rei obstare et prouidere debeat, ne deinceps tale aliquid fiat nec per aduenas et forenses, nec per ciues et huius insulae habitatores.

Unde praefata eius magnificentia tali querimonia et supplicatione audita, considerans ex omni parte esse iustam et honestam et con-

siderans praeterea hanc rem et thedae extractionem uertere in magnum damnum et detrimentum totius ciuitatis et insulae, et uiso et audito priuilegio per praefatum illustrissimum et ducale dominium huic ciuitati concesso et prohibitione huius rei in eo contenta et uisa lege, et sententia per eius praecessorem facta et habita etiam de hac re nonnullorum hominum tam nobilium, quam popularium informatione et auditis audiendis et intellectis intelligendis, ac consideratis considerandis, sententiauit et determinauit, quatenus nemo aduena et forensis, cuiuscumque loci et conditionis existat, posthac audeat incidere nec per se, neque per alium thedam, neque eam ex hac insula foras exportare et ad aliena loca eam conducere sub poena iperperorum uigintiquinque et perdendi barcham et omnia, quae in dicta barcha reperiuntur; et si ciuis aliquis Curzulanus reperiretur praedictis aduenis, seu forensibus consensisse, aut auxilium aliquod et fauorem dedisse, cadat statim ad poenam ducatorum quinquaginta, cuius poenae medietas sit communis et altera accusatoris. Ciues uero et terrigenae omnes praedictae insulae Curzulae dum praesens datium zappinorum durat, quod finit die x. Januarij proxime futuri de Mccccxciv. possint et ualeant dictam thedam extrahere secundum consuetudinem et secundum quod prius fieri solebat; sed finito postea dicto datio supradicti etiam ciues et terrigenae non possint, nec ualeant ipsi quoque thedam incidere, nec eam aduenis et forensibus uendere, aut in alienas terras et loca conducere sub poena supradicta et ut supra diuidenda.

Testes: dominus Petrus de Obradis vicarius, dominus presbyter Marinus Xilcouich, ser. Raphael de Gabriellis, ser. Antonius Paridis, ser. Franciscus de Franciscis et alij multi circum astantes.

LXI. DECISIO ADUOCATORUM COMMUNIS VENETIARUM,
quod Curzulenses tractentur pro Venetis et eorum nauigia soluant datium sicut soluunt Veneti ad offitium Leuantis.

*Sub die xv. Nouembris. Mccccxciij.*

Spectabiles et generosi domini Marcus Antonius Maurocenus eques et Joannes Franciscus Pasqualigo doctor et eques, honorandi aduocatores communis sedentes in offitio in plena audientia, audito grauamine nobilis Curzulensis ser. Nicolai de Obradis nomine suo et aliorum nobilium et ciuium dictae ciuitatis Curzulae se condolentis, quod cum ab illustrissimo consilio Rogatorum dicti fidelissimi dominij nostri obtinuissent sic exigentibus benemeritis suis erga

statum illustrissimi dominij nostri sub die xix. Martij Mcccclxxxv. priuilegium solemne, quod sint et de cetero habeantur et tractentur dicti fideles pro Venetis et ciuibus Venetiarum de intus et gaudeant quocumque beneficio, quo gaudent et fruuntur alij ciues nostri Veneti de intus et abinde citra dictum priuilegium eis fuerit obseruatum. Tamen ad praesens per dominos offitij Leuantis ipse querelans et aliqui alij consortes sui molestantur ita, quod uolunt ut soluant pro eorum nauigijs, cum quibus ueniunt ex partibus suis Venetias cum suis mercantijs sicut caeteri alij forenses obseruant et soluunt pro nauigijs suis in eorum exitu extra portum Venetiarum, cum Venetorum nauigia per formam datij praedicti et bulletinorum non tenentur aliquid soluere: et auditis dominis offitialibus Leuantorum contradicentibus et allegantibus, ipsos Curzulenses teneri debere ad solutionem suorum nauigiorum, quia uere sunt forenses, et uiso tenore dicti priuilegij tam solemniter concessi per praelibatum illustrissimum consilium Rogatorum, obseruati etiam ab ipsa concessione citra eisdem fidelibus: ambo concordes terminauerunt et sic mandauerunt dictis dominis offitialibus Leuantis, quod nullatenus teneantur dicti Curzulenses ad solutionem dicti datij et exitus dictorum suorum nauigiorum, sed quod in omnibus tractentur et habeantur in numero Venetorum nostrorum de intus iuxta tenorem et seriem dicti priuilegij.

Et sic mandauerunt in actis offitij aduocariae hanc suam terminationem in scriptis poni ad futurorum memoriam.

Victor de Angelo, coadiutor aduocariae.

### LXII. DECISIO COMITIS

de piscatoribus et becharijs, quod nemo accipiat pisces aut carnes, nec audeat ingredi cancellos; et piscatores ueniant ad locum designatum.

*In Christi nomine Amen.*

Non sine multa admiratione regiminum, illorum uidelicet, qui sunt ad gubernationem et regimen ac etiam onere et uilipendio istius loci, audiuimus de his, quae fiunt de apprehendendo et cum uiolentia capiendo carnes et pisces et alijs rebus uenalibus, quae tam per aduenas, quam per incolas huc portantur ad uendendum; ideo necessarium est ad hac et huiusmodi prouidere et occurrere ad hoc, ut unusquisque cum debitis iurium modis uiuat; et tali poena eos reficere, qui talia inconuenientia admittunt, ut omnes, siue ceteri talia scelera facere caueant: et ideo nos Simon Capello, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Cur-

zulae, intellectis omnibus intelligendis et consideratis in hac re omnibus considerandis, ita determinamus et sententiamus, quod omnes illi, qui erunt posthac ita praesumptuosi et audaces ad arripiendum et tangendum carnes, cadant ad poenam iperperorum quinque, cuius poenae unum tertium sit regiminis, seu rectoris qui pro tempore illo erit, aliud tertium communitatis et aliud accusatoris et accusator teneatur secreto et sit ei data fides cum uno teste tantum et iuramento suo.

Item quod nemo audeat ingredi in cancellos, siue stangatas tempore, quo uenduntur carnes, nec intus laniam siue beccharian sub poena iperperorum trium diuidendorum modis et conditionibus ut supra; et quod beccharius possit et ualeat praedictum delinquentem accusare et si non accusabit, cadat ad poenam iperperorum duorum; et quod nullus lanius, siue beccharius, nec aliqua alia persona, cuiuscumque conditionis existat, uendere possit carnes alibi, quam in beccharia sub poena iperperorum trium, diuidendorum ut supra.

Item quod lanij, siue becharij non possint seruare carnes in beccharia ad requisitionem alicuius, praeter ad requisitionem rectoris, episcopi seu uicarij et iudicum; et quod nemini beccharij debeant recusare seu negare uendere carnes eorum proprijs pecunijs sub poena trium iperperorum diuidendorum ut supra.

Item de piscibus, quod nemo audeat ingredi intra cancellos, siue stangatas tempore, quo pisces uenduntur, sub poena iperperorum duorum; et si quis dictos pisces arripuerit et manus in cistam, seu in lapidem, ubi ponuntur pisces, ponat, cadat ad poenam iperperorum quinque, diuidendorum ut supra.

Item quod piscatores, qui ueniunt ad uendendum pisces, non posint, nec debeant appellere siue arriuare ad aliquem locum ciuitatis, nisi ad molum usque ad locum logiae ubi erit positum palum, siue signum quoddam; et si praedicti piscatores inuenti fuerint, aut accusati ad alium locum applicauisse, quod perdant pisces, excipiendo illud, quod tangeret datiario et cadant ad poenam iperperorum duorum; et quod omnes suprascripti piscatores, qui ueniunt ad uendendum pisces, debeant primo praesentare illud, quod erit necessarium regimini, siue rectori et hoc antequam incipiant uendere alicui dictos pisces sub praedicta poena, diuidenda ut supra; et similiter de omnibus alijs rebus uenalibus, quae portantur, siue portabuntur huc ad uendendum, si aliquis inueniretur, aut accusa-

tus fuerit, illas aripuisse, id est azafasse, cadat ad poenam iperperorum quinque diuidendorum in partes tres ut supra.

Item si aliquis arriperet, id est azafaret ut supra carnes, siue pisces, uel alias res uenales cuiuscumque sortis existerent et recederet et non solueret becchario, siue piscatori, seu illi, a quo eripuisset, statim cadat in poenam iperperorum quinquaginta et si non haberet unde soluere, sit bannitus a ciuitate et insula Curzulae per duos annos continuos; et si ruperit confinia, maneat in carcere per duos menses continuos, et incipiat tunc tempus banni et sic toties quoties; quae poena iperperorum quinquaginta diuidenda sit modis et conditionibus, ut supra.

Lata, data, et in his scriptis sententialiter promulgata per praefatum magnificum dominum comitem et per me Dragonetum Marcum cancellarium lecta et publicata anno curente Mccccxciv, indictione x. die xxiij. Aprilis, praesentibus presbytero Junio Fermini, domino presbytero Joanne Simoneti, domino presbytero Antonio Ismaellis; ser. Joanne Bonini, ser. Antonio Bernarouich iudicibus; ser. Raphaele Gabriellis, ser. Antonio Angeli, ser. Jacobo Xilcouich et multis alijs nobilibus et popularibus circum astantibus testibus.

### LXIII. LITTERA DUCALIS XXV[a]

de pecunijs triginta et quadraginta pro centenario communitati concessis.

*Augustinus Barbadico Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobili et sapienti viro Simeoni Capello, de suo mandato comiti Curzulae fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Receptis litteris uestris et auditis iu consonantia oratoribus istius fidelissimae communitatis nostrae Curzulae super facto denariorum triginta et quadraginta pro centenario et tansarum, quos per litteras, quas cum consilio nostro Decem cum additione superioribus mensibus nec non ad istam communitatem dedimus, mandauimus mitti debere ad offitium gubernatorum nostrorum introituum et audientes id, quod scribitis et praefati oratores capitibus consilij nostri Decem ostenderunt et declararunt, dominium uidelicet nostrum cum consilio nostro Rogatorum in Mcccclxxxiij., xij. Septembris ad supplicationem eiusdem fidelissimae communitatis gratiose concessisse, quod pro bona securitate illius ciuitatis construi deberent duae turres in illa in locis in ipsa concessione expressis et hoc ex pecunijs dicti nominis; in Mcccclxxxv. uero ad eiusdem communitatis supplicationem etiam concessisse pro reparatione et fortificatione ciuitatis nobis charissimae triginta et quadraginta pro centenario regiminis

et cancellariae illius ciuitatis pro uno regimine tantum: uobis cum capitibus consilij nostri Decem dicimus respondentes et pariter declarantes, quod quia etiam per partem nouissime captam xxv. Februarij praeteriti in nostro consilio Decem cum additione exceptuantur ab isto ordine iliae triginta et quadraginta pro centenario et tansarum, quae per partes et ordines captos tam in dicto nostro consilio, quam Rogatorum deputatae forent et nominatim obligatae pro seruitijs nostris tam terrestribus, quam maritimis usque ad diem partis; nos propterea esse contentos, ut pecuniae praedictae habeant restare pro dictis seruitijs, ad quae sunt ut supra per concessiones nostras in dictis deputatae et hoc usque ad complementum operum de quibus in illis.

Datum in nostro ducali palatio die xvij. Junij, indictione xij. Mccccxciv.

A tergo:

Nobili et sapienti viro Simeoni Capello, comiti Curzulae.

Receptae die xx. Junij Mccccxciv.

LXIV. DECISIO COMITIS,
qua statuitur, quod datium beccharіae soluatur, si animalia fuerint a barcha exonerata; si secus, nihil soluant.

*Die xxiv. Augusti Mccccxcvj. Sub logia ante cancellariam.*

Magnificus et generosus dominus Hieronymus Barbaro, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae cum ser. Nicolao de Junijs, iudice suo terminauit et sententiauit ad instantiam nonnullorum ciuium et forensium, quod omnes illi, qui conducent amodo in antea animalia tam parua, quam magna ad ciuitatem uel ad portum, si exonerabunt animalia de barcha, uel de nauigio, statim teneantur soluere datium bechariae; quod si non exonerabunt, non sint obligati, nec teneantur soluere datium praedictum dicto datiario beccharіae.

Testes: ser. Joannes Zoretich, ser. Jacobus Obradi, q. ser. Francisci.

Antonius q. domini Paridis cancellarius mandato scripsit.

LXV. DECISIO COMITIS
de damnis in tota insula per uicinos emendandis.

*Die xxiv. Augusti Mccccxcvj. Sub logia marinae.*

Magnificus et generosus dominus comes Hieronymus Barbaro sedens cum ser. Nicolao Petrouich et ser. Nicolao de Junijs, iudicibus suis, auditis multis et diuersis querimonijs quotidie exclaman-

tibus tam per nobiles et ciues ciuitatis, quam per omnes alios per insulam habitantes, quod multa et innumerabilia damna inferuntur et nunquam damnificatores inueniuntur, nec inueniri possunt, in graue damnum et praeiuditium ipsorum fructus habentium, tam ficus, uuas, pomos, susinas, milones et omnes alios fructus cuiuscumque sortis et generis, petentes opportunum remedium supplicantes et de gratia requirentes, ut sua magnificentia prouidere deberet et per sententiam terminare, ut dicti praesumptuosi et furés, uel latrones, qui non possunt inueniri, quod uicini pro eis soluere teneantur dicta damna.

Qui magnificus dominus comes cum praedictis iudicibus suis terminauit et terminando sententiauit, quod amodo in antea, quandocumque damnum factum fuerit in hortis in burgo ante ciuitatem in Lombarda incipiendo et postea per totam insulam in quacumque re et damnificator, uel damnificatores inueniri non poterint, quod uicini, uel uicinus soluere et satisfacere statim et damnum emendare et soluere teneatur, uel teneantur fructus praedictos cuiuscumque generis, uel sortis, patrono uel cui damnum illatum et factum fuerit, et sine aliquo termino et dilatione.

Testes: ser. Antonius de Obradis, ser. Joannes Bonini, ser. Renerius Blasij, ser. Andreas Voletich.

Antonius q. domini Paridis cancellarius mandato scripsi.

LXVI. DECISIO CAPITANEI GENERALIS MARIS
ad fauorem communitatis, qua statuitur, quod terrena communitatis, per quoscumque occupata, reuertantur in communitatem et concessiones talium terrenorum factae per rectores sint nullius ualoris.

*In Christi nomine. Amen.*

Anno natiuitatis eiusdem Mccccxcvij. indictione xv. die uero Martis xvij. Augusti, Curzulae.

Magnificus et clarissimus dominus Melchior Triuisanus pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum capitaneus generalis maris dignissimus, auditis in contradictorio compluribus nobilibus et ciuibus Curzulae nomine communitatis querentibus et dolentibus de quadam concessione facta alias per dominum Dominicum Theupulo, olim comitem Curzulae, ser. Andreae Voletich de quodam terreno communitatis, posito in confinio casalis Blatae cum ipsum terrenum fuerit et sit ipsius communitatis, allegantes obseruantiam priuilegiorum suorum et praesertim litterarum dominorum capitum excelsi consilij Decem diei ultimi Aprilis Mcccclxij. ex una: et eodem ser.

Andrea Voletich se tuente et dicente, tale terrenum potuisse sibi concedi prout concessum est compluribus alijs nobilibus et ciuibus; quin immo absque concessione per eos ciues accepta fuere terrena, siue de terrenis communitatis, petens e contra aequalitatem in omnes seruari debere, ita ut aut omnes teneant, aut omnes priuentur de bonis communitatis, quae tenent et possident, ex altere parte; uisaque deliberatione, siue litteris praefatorum dominorum capitum et omnibus denique consideratis, uolensque, ut sui est, seruare priuilegia et mandata ducalia, nec non aequalitatem in omnes, deliberauit et terminauit, quod priuilegia et concessiones huic fidelissimae communitati concessa ei inuiolabiliter obseruentur, et quod omnia bona communitatis tam concessa per rectores, quam tenta et usurpata per quoscumque contra formam priuilegiorum suorum reuertantur et remanere debeant in communitatem iuxta normam priuilegiorum et concessionum suarum, quae sibi ut supra inuiolabiliter obseruentur; et quod de caetero per aliquem rectorem Curzulae fieri non possint similes concessiones contra formam ipsorum priuilegiorum; et si contrafecerint, nullius sint ualoris, efficaciae uel momenti.

In quorum memoriam etc.

Ego Bernardinus de Ambrosijs, q. domini Joannis, ciuis Venetus, publicus imperiali authoritate notarius et antedicti domini Melchioris cancellarius, suprascriptam sententiam, terminationem et decretum transcripsi et in hanc publicam formam redegi et in fidem me subscripsi, signo meo apposito consueto.

LXVII. PARS IN ROGATIS CAPTA
de triremibus armandis.

*Die ultimo Januarij Mccccxcviij. In Rogatis. In libro xiv. per mare. Ca. clxxiij.*

Essendo sta deliberato prossimamente per questo conseglio, armar galie xxx, delle qual x. se die armar in questa nostra città, recercano le occurentie dei presenti tempi non differir più tal armar per segurtà et beneficio delle cose nostre maritime, le qual sono della importantia, che ogni un intende; et però l'andarà, che le x. galie da esser armate in questa nostra città, armar se debbino cum questa condition, che non possino star più fuora, che per tutto Ottobrio prossimo per alcun modo, passato el qual tempo siano obligati li sopracomiti uegnir à desarmar et non se possi reuocar el presente capitolo saluo per trè quarti de questo conseglio. Siano dà alle ditte galie paga de mesi quattro secondo el consueto.

Quelli ueramente audaranno cum le ditte galie et seranno creditori de refusure, abbino el quinto del suo credito, acciò più uolentieri uadino seruir la signoria nostra. Et perchè l'è conueniente, che la marinareza et zurme, che andarà cum le presente galie abbi da auer quello li auanzarà delle sue refusure quando torneranno à desarmar finito el termine soprascritto et che più allegramente sia seruita la signoria nostra, da mò li sia obliga per el tempo soprascritto ducati mille al mese del deposito delle trenta et quaranta per cento liberadi dal nostro conseglio de Dieci, comenzando dal mese de Zugno proxime à driedo; i qual denari de mese in mese siano posti in la procuratoria nostra per caution che al suo desarmar aueranno le sue refusure, nè se possino mouer delli tal denari sotto pena de furanti, saluo cum autorità di questo conseglio per pagar ditte refusure, ouer mandar à Cherfù in man de Capitanio nostro general, ouer prouedador al suo desarmar, si per ben della signoria nostra, come per lo commodo della marinareza et zurme. Et acciò i supracomiti nostri uadino uolentieri et prontamente à seruir la signoria nostra sia preso ch'el sia in facultà delli sopracomiti, che armeranno per el tempo soprascritto giusta la forma della presente parte andar la seguente muda uolendo seruir la signoria cum le condition del tempo et modi soprascritti; dechiarando, che quelli sopracomiti uorranno andar la segonda muda, debbino armar per ordene segondo saranno uenuti à desarmar, come è onesto. Quelli ueramente non andasseno la sequente muda, non possino galder el beneficio de andar dò mude, come è raxoneuole. Et nunc sia preso, che in nomine spiritus sancti per dar principio al presente armar domenega prossima dò galie debbino metter banco et cusì successiue à dò à dò, fin al numero dè x. segondo che parerà al conseglio nostro.

Ex actis Bernardini de Bontadis, ducalis notarij fideliter exemplatum.

LXVIII. PARS MAGISTRATUS AD BLADA DEPUTATI,
decernens loca, ex quibus extrahenda et ad quae sint blada dicta portanda.

*Mccccxcviij. Parte del collegio delle biaue.*

El serenissimo prencipe fà à sauer à tutti et è la deliberation del collegio delle biaue, che niuno mercadante, patron, ouer alcuna altra persona sia qualseuoglia, ebba ardimento, ouer presuma dal primo dì de Settembrio proxime futuro in drieto trar, ouer far trar cum galie, naue, nauilij, ouer legni cusì nostri, come furestieri

et cusì in nome proprio, come alieno, ouer sotto alcun altro quesito color formenti de alcuno luoco de dentro del colfo nostro cusì della parte destra, come della banda senestra et da dì xv. del ditto mese de Septembrio indriedo trazer, ouer far trazer, nè condur dal colfo de Lepanto, ouer de Patras, nè de altre scale sie de quelle parte, nè della città nostra, ouer colfo de Napoli de Romania, saluo che per questa città nostra de Venetia recto tramite sotto pena cusì alli principali, delli qual fosseno i ditti formenti, come ai patroni delle ditte galie, naue, nauilij et legni da esser inremissionabiliter et senza alcuna excusation chazudi alle pene della leze presa nell' excelso conseglio de Dieci dell Mcccclxxxvij a dì xvij. del mese de Auosto, uidelicet de perder ipso facto la naue, nauilij, ouer legni cum tutto el cargo dei formenti, in el qual in tutto, ouer in parte fosse contrafatto et da esser bandiza de Venetia et del destretto per anni diesi all' ora imediate sequenti. Alla qual pena similiter chazino quelli patroni forestieri, i qual cum alcun nostro subdito presumesseno contrafar alla presente ordination et ogni nolizato aliter fatto fosse sia irrito, exceptuando da questo ordeni quelli nauilij, barche, ò altri legni delle terre et luoghi nostri, i qual andasseno, ouer mandasseno à chargar formenti et quelli couducesseno et discargasseno per uso et substentation de quello, ouer quelli populi et subditi nostri; hoc etiam declarato, che se dapoì, che i predetti aueranno descargato i formenti ai ditti luoghi nostri cusì condutti, ouer non discargati condurli altroue ad aliene terre et luoghi presumeranno se esser incorsi et ipso facto siano in tutte le pene suprascritte, in le qual etiam pene incorrino dei rettori nostri preditti, che desseno licentia, ouer consentisseno al presente ordine; siano tenuti tutti li preditti patroni delle galie, naue, nauilij, barche et legni cusì de cittadini, come subditi tuor contralettere da quelli rettori nostri de queli luoghi, in li qual chargaranno della certa et uera quantità dei formenti cargadi; ouer in alieni luoghi cargasseno, siano tegnudi al primo luogo nostro, che toccheranno tuor contralettere et fede preditte sotto pena de contrabando; i qual rettori siano tegnudi de doi in doi mesi mandar la copia de esse contralettere alla signoria nostra acciò sempre se possi ueder et proueda contra li contrafacenti giusta el tenor del presente ordene. Non si possi delle pene preditte, ouer alcuna de esse far alli detti contrafacienti alcuna gratia, non remission, recompensation, suspension sotto tutte le pene contenute in la ditta parte del consei de Dieci.

La esecution ueramente della presente parte sia commessa ai auogadori nostri de commun quì in Venetia, de fuora ueramente alli capitanei nostri et sopracomiti et tutti altri rettori delle parti maritime, item alli uice capitanij sì delle galie, come naue, ai qual sia imposto, che circa la esecution del presente ordene debbino esser diligentissimi in far solertissima inquissition, si che aliquo modo non se coutrauegni à questa deliberation, auendo plenissima libertà de esequir questo ordine contra i transgressori senza alcun conseglio; auendo delle cose preditte uno terzo et uno terzo sia dell' accusador,se accussador serà, per el qual se abbi la uerità et l'altro terzo deuegni in la signoria nostra.

LXIX. DECISIO SINDICORUM PRO CASALIBUS CURZULAE,
qua statuitur, quod terrena comitatus possint renunciari ad normam statuti; quod pix et rasa extrahi possit postquam uno die steterit in ciuitate pro usu ciuium; quod damna in casali illata a casali emendentur ad normam statuti; quod libere Blattenses possint piscari cum suis retibus sine ullo mandato soluendo datium; quod rector in collectis imponendis aequalitatem iuxta cuiusque uires seruet.

*Nos Bernardinus Lauredano et Nicolaus Delphino, sindici, procuratores et aduocatores illustrissimi dominij Venetiarum intra Culphum.*

Essendo giusto et conuenienti et pio, che doue si cognosce et intende alcuno esser tortizato subuenirlo cum giustizia et non patir, che per corruptela alcun sia supplantato; però auendo intesa et letta la supplicatione auanti nui per capitoli esposta per i fidelissimi et deuoti della prelibata illustrissima signoria nostra de Blatta, Smoquiza, Zernoua et altri distrituali de questa isola, per la quale ne dimostrano, quanto indebitamente et impiamente siano astretti in alcuna cose, in uerità non solamente à Dio, mà alla signoria nostra odiose et dolorose et à chi le intende; alle quali uolendo cum mezzo de giustizia prouedere et disponere, che li poueri fedeli non patiscano quello non dieno et che la giustizia non permette; intese le leze de questa isola, auuta ampla notizia della obseruantia et intese tutte le cose se dieno da nobili et cittadini de questa città, per l'autorità dell ofitio nostro à nui dell eccelentissimo conseglio dè Pregadi data et attributa, ordinemo, statuimo et terminemo respondendo à ditti capituli ut infra.

Et primo ad primum, quod dicit:

Eccellentissimi sig. sindici, procuratori, auogadori et auditori se appresenta il fidelissimo et diuoto populo de villa de Blatta uni-

uersalmente al uerendo magistrato uostro et per l'infrascripti capituli per intuito della integerima et santa giustizia Veneta adimandàmo le cose infrascritte:

Et primo la liberation delli terreni del contado situadi sotto quella uilla, che el lauorar de quelli sia ad beneplacito de preditti fidelissimi populi ut supra supplicanti tegnirli, lassarli à sua posta seruato ordine statuti super hoc disponentis et longa consuetudine, come sono altre terre de special persone et in questo siano inclusi li fidelissimi populi de uilla Smoquize, i qual sono uenuti dapoi che le signorie uostre sono andate à casa.

Ad primum uolemo et determinemo se sarà alcuna persona, che tegna tal terreni del magnifico conte, che sia impotente, ouer inabile à lauorar, aut per infirmità, uecchiezza, esser solo, ouer per pueritia, ò per esser donne, aut per non auer persona in casa che lauori, possi tal persone, aut chi quelle gouernerà, uenir alla cancellaria dauanti el magnifico conte à renunciar tal terreni in tempi disposti dal statuto, aut obseruata consuetudine; et el cancilier sia tenuto tal renuncia notar et quella notata non possi più astrenzer quella à pagar, saluo quello anno secundo uoleno i statuti et consuetudine de questa terra; uolendo etiam, che quelli pagaranno, siano tenuti pagar el quartese de quella cosa aueranno seminato et el quartese debbia esser estimato per doi primarij et boni della uilla cum sacramento zorni diese auanti che si taglino le fruglie et intrade et secundo tal stima pagar debbino et non altramente, oueramente el magnifico conte debbia mandar aut infacultà sua sia de mandar uno homo à uedere quanto se trazerà delle ditte biaue et intrade et de quelle tuor el suo quartese: et se per caso dapoi la stima fosse tempestà ditta possession, in questo caso quelli teneranno tal possession debbano dar solamente el quarto de quello recoglieranno, sub pena al rettor et cancilier de ducati cento et pagar loro in duplo el danno patisse tal homo contra chi fosse fatto, da esser scossa et diuisa per magnifici sindici et auogadori che per tempo seranno.

Al secundo, che dice, che l'intrade delle pegole essistenti sopra i terreni de special persone et cusì le raxe i preditti fidelissimi populi ut supra supplicanti dimandano, che senza obstaculo le possino condur et menar fuora della isola et smaltir in li luoghi sottoposti all'eccellentissimo ducal dominio de Venetia et uender sopraditte intrade sopra sta isola ai subditi ut supra.

Ad secundun terminemo et statuimo, che dummodo el non sia altra termination in contrario della nostra illustrissima signoria,

i ditti possino uender le pegole et raxe sue alli abitanti in questa isola et che per alcun modo quelle non possino esser estratte dall' isola, se prima non saranno condutte tali pegole et raxe in questa città de Curzula, nella qual debbino star almanco un zorno, acciò se alcun qui uorrà comprar de quelle per el bisogno possa comprarne; passato ueramente el zorno possino esser condutte ai luoghi della illustrissima signoria et uendute ai subditi de quella et non ad altri sotto pena de ducati cento et perder la pegola et raxa et altro tanto per pena da esser scossa ut supra, el terzo della qual sia dello accusador et questo fin che altro per la illustrissima signoria nostra fosse dichiarito, ouer per li patroni dell' arsenato.

Al terzo, che dice sopra el fatto del ristorno de danni, ouer maleficij fatti in tutte le casse esistente in quella villa seruetur lex et statutum ciuitatis super hoc disponentis; mà ben uorriamo se la santa giustitia vostra suade, che li patroni delle ditte case in tale absentation, ouer discessi da quelle debbino apresentar, ouer consignar la robba per inuentario al giudise per tempi esistente, ouer ai piazari, ouer à doi da ben persone, che in casu emendandi damni se sappia quello xe stato in casa damnizato, le qual case debbino perciò auer bone et sufficienti porte et serradure et in questo se intenda anche li rurali de Kzarra et Smoquizą.

Ad tertium, acciò alcun per negligentia aut per malitia possa auer excusation, mà tutto cum iustitia et egualità sia gubernato: concedemo et uolemo sia obseruato et fatto, quanto nel capitolo se contien sotto pena.

Al quarto, che dice li prefati fidelissimi vostri rurali de Blatta adimandando che possino pescar nel ditto distretto cum le tratte et rede, pagando tuttauia el datio consueto alli doaneri, ouer datiari per substentation et refrigerio delli abitanti in quella villa.

Ad quartum sumus contenti, et uolemo che possino pescar essi de Blatta senza altro mandato cum le tratte et rede come à loro piazerà pagando el dritto, come nel capitolo se contien.

Al quinto, che dice tutti li destretuali uniuersaliter de tutta questa isola, cioè populari domandano, ch' el populo della terra non possa far colletta supra loro senza far intrauenir li distrituali ut supra et primo qnantum delli altri rurali, i qual se raccomandano all' eccellentissime signorie vostre.

Ad quintum uolemo et determinemo, ch' el rettor guista el consueto et non altramente possa metter collette et grauezze secundo è stà obseruato de tempo in tempo; mà auanti impona quella deb-

bia aldir i procuratori delle ville et distrituali, acciò per mala information non li sia imposta più grauezza et colletta de quello serà giusto et quel sarà fatto altramente non uaglia, ne tegna et el magnifico rettor sottocasa alla restitution del danno se altramente facesse da esser scossa ut supra.

Al sesto et ultimo, che dice, supplicano li rurali cusì de villa Blattae, Smoquizae et Xernoua, cum sit, che la magnificentia de meser Gierolimo Barbaro, olim conte in questo luoco hà fatto far stime sopra li terreni non seminati et fatto pagar cum el formento à quarta colma; et doue è stà semenà auena hà fatto similiter pagar cum el formento, che dei denari del ditto meser Gierolimo sia satisfatto à tutti quelli, che hanno patito simil danni.

Ad sextum dicemo, che tutti quelli, che ueneranno auanti nui et giustificaranno tal sui danni, non li serà mancato de giustitia et farli quello rechiederà la raxone: committentes uobis magnifico domino Aloysio Balbi, honorando comiti Curzulae et successoribus, ut suprascriptos ordines nostros exequi inuiolabiliter faciatis et debeatis sub poenis in eis contentis, quos ad futurorum memoriam in actis cancellariae uestrae registrari faciatis et registratas praesentantibus restitui.

Datum Curzulae die v. Maij. Mccccxcix.

Aloysius Sabadinus cancellarius mandato scripsit.

LXX. DECISIO SINDICORUM
de nauigijs in Curzula fabricandis portaturae stariorum D. et uendendis solum christianis fidelibus.

Mandato magnificorum dominorum Bernardini Lauredano et Nicolai Delphino, dignissimorum sindicorum, aduocatorum et prouisorum intra Culphum illustrissimi ducalis dominij Venetiarum etc., audita expositione interuenientium pro carpentarijs et lignarijs, fabris, ac chalafatis, quod uendere, nec fabricare possunt barchas, uel alia nauigia, quia eis prohibetur per magnificos dominos comites, ad eorum maximum damnum et preiudicium; uisa lege superinde disponente, consideratis merito considerandis in eo, quia terminauerunt, quod dicti calafati et carpentarij possint uendere barchas et nauigia portaturae stariorum quingentorum christianis tamen fidelibus: ideo committitur uobis magnifico domino Aloysio Balbi, honorando comiti Curzulae et successoribus, ut pro quantitate praedicta barchas fieri et uendi permittatis sine poena aliqua, dummodo christianis fidelibus illas deliberauerint et dederint.

Curzulae, die vj. Maij. Mccccxcix.

Jo. Baptista Alzenago cancellarius mandato scripsit.

LXXI. PARS IN ROGATIS CAPTA,
qua statuuntur nauli uariarum mercium tam pro exitu, quam pro ingressu in ciuitate Venetiarum; nec in Dalmatia possint fabricari nauigia maioris portadurae, quam stariorum MM.

*Laus Deo! MDij. die xxj. Octrobris. In Rogatis.*

Cognoscendo li progenitori nostri de quanto commodo et beneficio et reputatione era à questo stato el nauigare si per lo accrescer della marinarezza, come etiam per lo augumento dè datij et intrade della signoria nostra, ac etiam per la securità del stato nostro de Venetia in cadauno tempo, occasione, commodità alli cittadini nostri del fabricar quel più numero de naue era possibile per securità et conseruation de ipsi, ac etiam per beneficio dè cittadini et reputation de questa republica nostra et teneua de continuo due naue armate in mare, le quali se pagauano dell'una per cento deputada alla guerra, come per esperientia se hà ueduto, che dall Mccccxx. fino al Mccccl. soleuano esser in questa nostra città naue ccc et più, come appare nell'officio nostro de consuli de mercadanti; et dal Mcccl. fino ad questo zorno sono diminuite et uenute ad meno, che ad pena se ne troua xvj. che per le leze et ordeni nostri ponno condur sali che sono da botte cccc in suso, el forzo delle quale è presto per andar alla mazza; et da lì in zoso nè sono etiam pochissime, computa le charauelle de Dalmatia et marani, che manco non poteriano esser; al che non se fazando prouision, non è dubio, che de zorno in zorno se ueneria à pezor condition et questo per multe cause, trà le altre potissime è el mancarli li partidi, quelli sono dedutti ad extremum per li bassissimi pretij de noli se fanno delle mercantie cum total ruina da esse naue, ac etiam per multe angarie et spese, che per auanti non aueano, come è in pagar delli bolletini, guardiani, scriuani, pesadori et insuper quasi del tutto li è mancato el uiazo de ponente, per esser stà concesso ad naue foristiere andare in Candia et cargare uini, deinde li è sta tolta la libertà de andar ad trafighi in mar de Lion per condur furmenti et sali in diuersi luoghi, che li era de grandissimo quadagno ultra molti altri infiniti partidi, quali tutti sono uenuti ad meno et le altre nationi, come Bischaini, Spagnuoli, Porthugesi et altri, che prima non soleuano passar el stretto de Zibilterra, hanno tolto questo trafigho et se hanno inricchiti cum danno non solum de cittadini Venetiani, etiam periculo del stato, muda de galie et naue nostre; et acciò la terra non stia più ad questo modo, che è in periculo de non auer più

*

alcuna naue cum non exigua iactura de danni et intrade nostre, ac etiam total ruina della marinareza, magistranze et casa nostra dell'arsenal è da proueder cum ogni mezzo et uia è possibile.

Et però l'andarà parte, che salua et reseruata la parte presa in questo conseglio nel Mccccxc. a dì xxvij. Auosto, uidelicet circa li ducati ij per botte de uini condiotti ad esser condutti in ponente et circa li sali se conduceno de Jeuiza per le naue de ponente, la qual se intenda esser in quello istesso robor et uigor ch'è al presente; cum el nome de spirito santo sia per autorità de questo conseglio statuito, che tutte le naue, che de cetero se principiaranno et farrano in questa nostra città, quelle uidelicet saranno de portada de mozza ccxx. per fin ad mozza ccccl. de sal, auer debbano ducati uno per botta, intendendose mozza ccxx. per botte cccc; et da mozzi ccccl. in suso, auer debbano el doppio, uidelicet ducati ij per botta de tutti li denari della signoria nostra senza alcuna contradizion, i quali possano li patroni et participi loro contar nelle sue angarie et grauezze, uidelicet la mità subito serà messa la prima coperta et l'altra mità immediate auarata; dichiarando, che se abbino ad far le stime in questa città nostra secundo el consueto, per el portar de nobeli et de altre cause necessarie. Abbino etiam ditte naue, che de cetero se faranno sì in questa città nostra, come nella isola nostra de Candia de contadi ducati uno per mozzo dall'officio nostro del sal ad conto de sui crediti de tutti li sali le conduranno in questa città nostra giusta la continentia della parte presa nel conseglio nostro de Dieci a dì xv. dell'instante. Possino tutte le naue, sì quelle se faranno, come quelle al presente sono fatte, tuor tutti li partiti che meglio potranno auere sì de sali da esser portati da loco ad loco, come frumenti et altre mercadantie, non obstante parte alcuna in contrario, le qual tutte siano nulle et casse; exceptuando robbe proibite della Chiesia, cose pertinente ad galie et li partiti de Magheobini, cioè mori de Barbaria. Non abbino ditte naue alcuna angaria, saluo la spesa dello arsenal nostro per la barca et gomene se mandano fuora sopra porto. Auer debbano etiam ditte naue li sui noli sì come qui de sotto se dichiarirà senza alcuna altra uaria, excepto quella spesa de nobeli, la qual sola uadi l'hauaria, li qual noli siano scossi alli estraordinarij, come antigamente se solea fare et pagar debbino li noli le merce de contadi et le mercadantie de ritorno tempo ad uno anno, cioè de ducati xxv. insuso cum le pene consuete non pagando alli sui tempi, et da ducati xxv. inzoso de

contadi pagar debbino sù la banda sotto pena de perdere el quarto; li qual noli non essendo sta scossi ad dogane per li patroni estraordinarij abbino scoder loro cum el quarto per pena dal mercadante, el qual quarto sia suo et similiter la pena del perder del quarto de patroni. La vua passa non possa esser condutta in Sicilia cum nauilij et grippi nostri sotto pena d'esser tolta per contrabando et da esser inremissionabiliter persa et in omni loco possa per li consuli nostri ouero altra persona publica esserli tolta et diuisa per terzo, essendo uno terzo de ditti, ouero persona publica, che la trouassino, un terzo dello accusador et uno terzo de quella città, ouero loco, doue ella fosse condutta, exceptuando in Candia, doue condur se possa liberamente, da esser cargata supra le naue nostre, che andaranno in ponente et supra le galie de Fiandra ad Corfù, in Sicilia, ouero in altro luogo, che le fosseno, et in questa città nostra. Et accioche li cittadini nostri siano tanto più prompti ad far naue in questa città nostra, ex nunc sia statuito et preso, che de cetero in Dalmazia non se possano far nauilij de più portada de stera MM. formento, sotto pena ad quelli faranno li nauilij de perder quelli, non se li possando far gratia, don remission, se non per tutto el conseglio nostro de accordo et li quattro quinti de questo conseglio.

Et accioche se daghi materia, che presto se possino far naue et conseruar quelle sono al presente de ogni sorta, necessario è à limitar li pretij de noli hanno ad auer ditte naue, si che quelle conuenientemente possano star; siano per autorità de questo conseglio dichiariti li pretij de molte mercadantie cusì della uscida, come della intrada in questa città nostra, qual sono infrascritti; et prima:

Ori et arzenti per ducati cento . . . . . *duc.* xij;
Coralli, ambre et tutte pellectarie per ualuda de ducati cento . . . . . *duc.* xviij;
Lanine la balla intendendo panni alti, la balla peze x; et panni bassi à peze xx per balla *duc.* ij;
Sarza la balla . . . . . *duc.* ij;
Chaneuazi la balla . . . . . *duc.* —; *L.* xvj;
Stagni lo mier . . . . . *duc.* j;
Rami lauoradi el mier . . . . . *duc.* j;
Rami in choffe el mier . . . . . *duc.* —; *L.* xij;
Cinobrij el mier . . . . . *duc.* —; *L.* xviij;
Arzenti uiui el mier . . . . . *duc.* —; *L.* xviij;

Piombi el mier . . . . . *duc.* —; *L.* xij;
Carta la balla . . . . . *duc.* —; *L.* vj;
Sauoni el mier . . . . . *duc.* —; *L.* xij;
Olij la botte per Alessandria . . . . . *duc.* j; *L.* xij;

Pretij de mercadantie da esser pagate supra le naue de ritorno da esser scossi allo offitio de estraordinarij cum tempo de anno uno et da ducati xxv. in zoso de contadi et passato ditto termine da esser scossi alli Dieci offitij cum pena sono li infrascritti:

Gottone de Soria, de Cipri el mier . . . . *duc.* iv;
Filati ducati uno de più di sopraditto pretio de Gottoni secondo el consueto, che sono del mier *duc.* v;
Cenere el mier . . . . . *duc.* j; *L.* xij;
Cremisi, zambellotti et tutti altri cholli minuti per chollo . . . . . *duc.* j;
Zuccari et poluere de Cipri della chapsa consueta *duc.* —; *L.* xviij;
Lane de Constantinopoli, Salonichi et Vallenzane el mier . . . . . *duc.* v;
Vallonie el mozo de Santa Maura in quà . . *duc.* —; *L.* xij;
et da Napoli in là . . . . . *duc.* —; *L.* xviij;

Sia da mò dichiarito et statuito, che tutte le naue fatte fin questo zorno siano ad quella istessa condition seranno quelle se aueranno de cetero ad fabricar in tutto et per tutto, excepto uel don de ducati uno per mozzo, qual se hà à dare tantum alle naue soprascritte, che de cetero se faranno giusta la deliberation statuita nel conseglio nostro de Dieci.

Et accioche per nissun patron, ouero scriuan ad concurrentia l'uno dell'altro non siano deminuiti ditti pretij, ouero aliqualiter uariati de quanto è sopraditto, per autorità de questo conseglio sia firmiter statuito, che tutti li patroni, che aueranno ardir quoquomodo de interromper li pretij soprascritti, cadino ipso facto ad pena de perpetua priuation de tutte patronie et scriuanie de naue et nauilij nostri sì armati, come desarmati et siano tegnudi emendar quel meno auesseno fatto mercado et altro tanto per pena, ac etiam tutti li noli, che doueuano esser de parceneuoli siano persi; lo terzo de quali sia de auogadori nostri de commun, alli qual sia commessa la esecution della presente parte; uno terzo de arsenal, et l'altro terzo dello accusador, qual sia tenuto de credenza. Et similiter se el se atrouarà, che alcuno quomodocumque se accordasse cum li patroni, ouer scriuani de pagar meno de pretij so-

praditti, immediate incorreno ad pena de pagar tutto quello se auesseno accordato de manco ut supra et altro tanto più per pena, la qual sia scossa et diuisa, ut supra.

LXXII. PARS GUBERNATORUM INTROITUUM,
qua statuitur modus seruandus in facto furantium et praeiuditium ferentium datijs publicis dominij Venetiarum.

*MDiij. die xj. Martij.*

In collegio regiminis et authoritate maioris consilij ut suprascripta parte diei ultimi Nouembris MDij.

Perchè el sono molti et al presente più che mai, che dì et notte cercano robar et latrocinar le intrade et datij nostri, i qual se uieneno trouadi, ouer accusadi et processo contra de loro sì dentro di questa città, come de fuora, non essendo spazamenti loro fatti per i rettori et giudesi nostri primarij segondo le loro praue et male uoluntà, come per i mezzi et uie dannose ai datij nostri preditti s'hanno troua se drizano in appellation all'offitio de nostri gouernatori delle intrade, al qual tal cosa è commessa per le leze et ordeni nostri et precipuè per parte presa nel conseglio nostro de Pregadi sotto di iij. del mese Septembre Mcccclxxvj. ac etiam per le promission fatte ai conduttori dei datij preditti per le comodità loro et utilità di datij nostri, perche non sono cauadi dalla protezion et gouerno di quelli cum spesa et iactura sua suscepta la espedition dei prefati gouernatori nostri in laudar, ouer tagliar et se in fauor delli datij preditti, come de essi appellanti et de sententie et condemnation preditte se drezano poi et temptano esser realdidi per lo offitio delli auogadori nostri de commun et dei auditori nostri contra la intention de esse leze et ordini nostri cum grandi strusciamenti et spese dei conduttori de essi datij nostri, ac etiam delli custodi et inuentori de tal loro fraude, i qual cum simil mezzi sono tratti dalle sue custodie et in quello mezzo perseuerano de mal in pezo; et quando li alli tribunali doue recureno menazandoli oltra le spese essi nostri custodi et caualari fanno de farli etiam pagar le spese per loro condemnati fatte; et tal cosa non sia cum util dell'intrade et datij nostri, imo cum grande detrimento de quelli, perochè etiam i conduttori de essi datij se hanno fatto dar donari del corpo de essi datij per defendersi da tal contrafacenti, doue i deputadi ai ditti tribunali uolendo aldir, inteso non esser suo offitio i mandano uia et altri i remettono alla signoria nostra, et però essendo al tutto neces-

sarìò à proueder, che le cose passino cum la intention della terra; sia preso, che bonificade, ouer tagliade ditte sententie, ouer condemnation per tutti trè i ditti nostri gouernatori delle intrade concordi, i qual come ministri hanno tutte le leze et ordini pertinenti ai datij nostri nell' offitio suo, essendo per tutti trè spazade, come è ditto, non possi alcun di tribunali nostri impedirse aliquo modo, uel ingenio, excludendo l' offitio nostro di auogadori de commun in casu criminali tantum spectante al suo offitio, et non essendo i ditti gouernatori d' accordo tutti trè, in quella fiada sia tal causa diffinida per tutti trè i auogadori preditti cum i proueditori nostri sopra le rason delle camere; et essendo alcun espulso per parentela intra in luogo de quel tal, ouer tali espulsi li offitiali nostri delle rason vecchie; et quelle, che per la mazor parte de loro à bossoli et ballotte serà estimà, sia fermo, ualido et inapellabile, non possendo taxar spesa alcuna contra li ditti datieri, nè suoi offitiali, come sempre è sta obseruato per ditte cason; mà si contra i delinquenti essendo contra de loro tagliade, ouer laudade ditte sententie.

Vincentius de Bignis, coadiutor offitij magnificorum gubernatorum introituum ex suo authentico exemplauit.

LXXIII. DECISIO COMITIS,
qua statuitur, quod debitores magnificae communitatis non possint aduocare.

*Die xj. Octobris MDiij.*

Magnificus et clarissimus dominus Bernardus Contareno comes Curzulae mandauit et terminauit per modum difinitiuae sententiae, quod nullus debitor magnificae communitatis debitricis serenissimi dominij nostri non possit aduocare, aut exercere offitium aduocatiae quae datur per electionem consilij per formam litterarum ducalium superinde emanatarum, donec et usque quo ipsa magnifica communitas credita sua ab ipsis debitoribus non fuerit integraliter consequuta; nec etiam per modum procurae audiri debeant, quia ualde est inconueniens, quod pertinaces ipsi debitores stent in conspectu regiminis et nolunt soluere.

Testes: Ser. Antonius Bernarouich, ser. Pasqualis Ismaellis.

In libro praeceptorum.

LXXIV. DECISIO COMITIS
de grassa uendenda pro capitali per tres dies, tam si fuerit empta in canali, quam ad ripas Sabioncelli.

Quoniam beneficio publico inuigilandum est semper a ius dicente, nos Bernardus Contarenus pro Veneto excellentissimo senatu Cur-

zulae comes, uolentes et intendentes fine debito decidere et terminare controuersiam coram nobis uertentem parte et inter dominum Antonium Angeli parte una oretenus dicentem et petentem cogi iuris medijs ex natura sententiae latae olim per magnificum dominum comitem nostrum praecessorem dominum Bernardum de Canali[1] super facto frumenti, bladi ac omnis grassae peruenientia in hac ciuitate et iurisdictione Curzulensi, ser. Joannem de Martino, qui his diebus emit in hac ciuitate oleum a quodam forense, quod de eius nauigio existente in canalia Curzulae, uidelicet ad ripas Sabioncelli huc conductum fuit ad dandum et uendendum de dicto oleo per tres dies unicuique emere uolenti eomet pretio iuxta tenorem dictae sententiae pro capitali et non ultra; audita responsione ipsius ser. Joannis, ac ser. Francisci Dragazich dicentium ad hoc non teneri, aut aliter obligatum esse; quia sententia comprehendit eos, qui fraudulenter in damnum ciuitatis deuiarent nauigia de portu isto et conducerent ad Sabioncellum et ibi emerent cum damno ciuitatis, cum alijs multis rationibus per ipsos deductis: uisis uidendis et merito consideratis considerandis, praesertim, quod iura canalis nostri ratione maris, quod est serenissimi dominij nostri se extendunt usque ad terram Sabioncelli exclusiue, prout ipsi quoque Ragusienses plane attestantur: Christi nomine, ac diuae eius genitricis Mariae, ac protectoris nostri sancti Marci suffragijs imploratis, sic inter partes dicimus, declaramus, sententiamus pro nunc in presenti casu et in futurum per omnes et quoscumque alios obseruari iudicamus, uidelicet, quod ipse ser. Joannes de Martino teneatur et debeat oleum, quod emit his diebus facto mercato hic Curzulae et conductum de nauigio praedicto in mari nostro existente ad dictas ripas Sabioncelli, dare et uendere per tres dies continuos unicuique Curzulensi emere uolenti pro capitali iuxta formam sententiae olim dicti nostri praecessoris domini Bernardi Canalis sub poena in ea contenta; declarantes insuper, quod modo in posterum sic obseruari debeat ad bonum et utile huius nostrae ciuitatis sub poena eadem pro quolibet contrafaciente et qualibet uice.

Publicata de mandato antedicti magnifici domini comitis ad logiam marinae in nobilium et populi multitudine MDiv. indictione vj, die x. Januarij.

Testes: Dominus Franciscus Petrouich, ser. Christophorus Margotij.

---

[1] Sententia hic adducta superius, sub Nro. xxxix. pag. 197. sqq. citatur.

LXXV. LITTERA DUCALIS XXVJ[a],
qua conceduntur pecuniae triginta et quadraginta pro centenario pro completa fabrica murorum, exigendae non obstantibus litteris suspensorijs talis exactionis.

*Augustinus Barbadico, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobili et sapienti uiro Bernardo Contareno de suo mandato comiti Curzulae fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Sicuti uidere potuisti per litteras, quas cum consilio nostro Decem cum additione scripsimus praecessero tunc uestro et successoribus in Mccccxcviij. die xxvij Februarij, concessimus in subsidium totalis complementi fabricarum illarum, de quibus in ipsis litteris fit specifica mentio, quod triginta et quadraginta pro centenario duorum regiminum illius fidelissimi loci nostri uidelicet rectoris tunc existentis et successoris, restarent et conuerterentur in ipsis fabricis tam necessarijs ad completam securitatem eiusdem loci nobis charissimi et dedimus per easdem litteras modum et formam expenditionis ipsorum denariorum et apposuimus poenam furantium, quod in alios usus tangi non possent.

Et quoniam prudens fidelis noster Petrus Petrouich, orator istius fidelissimae communitatis ad praesentiam capitum consilij nostri Decem nunc comparens exposuit, indoluit et declarauit, quod plerique, qui sunt debitores denariorum dicti nominis et temporum, impetrarunt litteras ab capitaneis nostris generalibus, quibus mandatur ipsos non debere pelli sub uarijs praetextibus etiam minus quam ueris, ut dicitur; et per hunc modum retardatur bona et necessaria intentio deliberationis dicti consilij nostri Decem cum additione, quod non est benefactum; uolumus idcirco et cum capitibus consilij nostri Decem uobis mandamus, ut dictis litteris suspensorijs dictae exactionis non obstantibus procedere debeatis ad debitam exactionem denarij ab omnibus debitoribus indifferenter, ne defectu denarij retardetur tam necessarium opus.

Datum in nostro ducali palatio die xv. Maij. indictione iv. MDv.

A tergo:

Nobili et sapienti uiro Bernardo Contareno, comiti Curzulae.

LXXVI. CAPITULA IN CONGREGATIONE POPULARIUM CAPTA,
quibus petunt solutionem pauperibus fiendam, licentiam incidendi thedam, prohibitionem lignaminum extractionis, aliasque prouisiones in fauorem popularium.

*In Christi nomine. Amen.*

MDxij. indictione xv. die xvj. Augusti in domo frataleae omnium Sanctorum cum licentia magnifici et generosi domini Laurentij Badu-

arij, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comite Curzulae congregata fuit fratalea, siue congregatio uniuersitatis populi tam ciuitatis, quam insulae Curzulae, praemissis policijs de more per casalia, ubi in congregatione praedicta deliberatum fuit motis omnium, uidelicet de petendo et obtinendo, quantum in capitulis infrascriptis, a clarissimo prouisore Justiniano, generali Dalmatiae iustissimo, sapientissimo.

Et primo, quod fiat solutio de communi pauperibus insulanis, incidentibus lignamina pro commune praedicto in aliqua parte ne fame pereant;

secundo, quod concedatur insulanis et ciuibus incidendi thedam, quandoquidem incidatur quotidie per forenses cum damno nostratum non ualentium incidere propter sententiam magnifici domini Simonis Capello uetantem;

tertio, quod fiat instantia nomine totius uniuersitatis, quod obseruetur ducale decretum de anno Domini Mccccxlviij., uetans per rectorem, uel officiales dari licentiam de lignaminibus insulae per forenses extrahendis et hoc quia uidetur, quod contra formam dicti decreti per rectores et officiales datij borouinae dantur licentiae ipsis forensibus in tanta copia, quod consumitur insula cum damno dictae nostrae insulae et eius artis de nauigijs fabricandis et similiter de carbonibus non extrahendis;

quarto, quod petatur incisio sententiae Theupuli de non fabricando in burgo cum calcina, et hoc, quia ciuitas iuncta est magno numero ciuium in tanto, quod stare non possunt omnes in ciuitate et uellent in burgo fabricare;

quinto, quod fiat confirmatio, quod duo de populo sint cum alijs duobus de consilio supra sanitatem dicti loci;

sexto, quod fiat mutatio de anno in anno de Turcimano;

septimo, quod fiat querimonia pro quadam reseruatione scripta in fine sententiae criminalis contra magistrum Franciscum et Lucam Anzellouich, quod saluo iure procedendi contra alios conscios et complices dictae pensatae rixae, quorum nomina tacentur pro meliori ut in ea, quia in effectu non est uerum, quod fidelis populus fuit in dicta rixa, nec fuit pensata aliqua seditio, ut per ipsam uidetur populus incriminare;

octauo, quod petatur declaratio, quod habentes bona in ciuitate et insula Curzulae, debeant contribuere angarijs realibus consuetis in dicta insula pro portione bonorum, intelligendo de popularibus iuxta antiquam consuetudinem.

Electi ad eundum ad clarissimum prouisorem presbyter Peregrinus Chersinich, ser. Nicolaus Buttirich, ser. Christophorus Margotius, magister Joannes Intaiator:

Bernardinus cancellarius mandato scripsit.

Nos Laurentius Baduarius, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae, de legalitate et fide suprascripti ser. Bernardini Guslini Feltrensis notarij et cancellarij communis Curzulae, qui congregationem suprascriptam de nostra licentia congregatam scripsit cum capitulis in ea deliberatis fidem facimus et plene attestamur.

Datum Curzulae die xvj. Augusti MDxij.

LXXVII. DECISIO PROUISORIS GENERALIS DALMATIAE,
qua reiectis v. capitulis popularium, tria admisit, nempe, quod fiat unus Turcimanus de populo ad annum; quod duo de populo a comite eligantur in offitio sanitatis et quod omnes nobiles, qui non sunt de consilio Curzulae, soluant angarias reales cum populo, si terras ibi possideant.

Magnificus et clarissimus dominus Sebastianus Justinianus, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. prouisor generalis Dalmatiae.

Intellecta supplicatione eius magnificentiae facta per uenerabilem presbyterum, dominum Petrum Chersinich de Blatta, ac prudentes uiros ser. Christophorum Margotio et ser. Andream de Andreis, oratores fidellissimi populi Curzulae, pro quo porrexerunt nonnulla capitula, petentes super eis debitas et necessarias fieri prouisiones pro eorum subleuatione et iustitatae complimento: uisis ipsis capitulis, nec non domino Andrea de Canauellis et eius collegis oratoribus fidelissimae nobilitatis Curzulae contradicentibus circa admissionem dictorum capitulorum; tandem auditis audiendis et uisis uidendis superinde; reiectis nonnulis capitulis tamquam iniustis et inhonestis, admisit infrascriptam supplicationem cum tribus capitulis sub ea annotatis pro bono uniuersali et pacifica quiete et tranquillitate illius fidelissimi loci; quorum supplicationis et capitulorum talis sequitur tenor:

Nui ser. Cristoforo Margotio, prè Piero Chersinich et ser. Andrea de Andreis come oratori de quel fedelissimo populo Curzulano e del destretto, comparemo ut supra alla vostra clarissima magnificentia, cioè ms. Sabastian Zustinian cauallier dignissimo et prouededor zeneral de Dalmatia, che quello se degna confermar li capituli infrascritti a quel fidelissimo populo Curzulano.

Primo, che sia fatto Turzemano uno popular de anno in anno cum pagamento solito et che uno sia uno anno, non possa esser l'altro;

secundo, che dui del populo siano sopra la sanità cum altri dui nobili del conseglio, i qual populari se abbia elezer per el magnifico conte;

tertio, che tutte quelle persone, che auesse beni in quella nostra isola et che stesseno in altre terre, sì nobili de Liesina, come nobili de altro luogo, che non fosseno del conseglio de Curzula, abbia à contribuir alle angarie real del populo.

Ad quae capitula respondit et prouidendo statuit et ordinauit, quod fiat ut petitur, quia omnia in ipsis capitulis iusta et honesta sunt; mandantes uobis magnifico domino Laurentio Baduario comiti Curzulae honorando et successoribus uestris, ut praemissa capitula de cetero inuiolabiliter obseruetis, obseruarique faciatis sub poena ducatorum centum in proprijs bonis uestris auferenda; quae quidem capitula registrari in libro illius cancellariae facietis et registratas presentanti restitui.

Datum Liesinae iij. Octobris. MDxij.

LXXVIII. DECISIO PROUISORIS GENERALIS DALMATIAE, prohibens extractionem thedae et aliorum lignaminum per forenses, bene tamen per Curzulenses cum suis barchis.

*Sebastianus Justinianus, eques prouisor generalis Dalmatiae.*

Commettemo à qui magnifico ms. Lorenzo Baduer, conte de Curzula et successori, che de cetero non uogliate dar licentia, nè permetter sia data per el datier ad alcun furistier estrazer alcuna quantità de theda fuor della isola de Curzula sotto pena de ducati ducento ad nui magnifici conti nelli proprij beni se contrafarete da esserui tolti; mà solum de qualche minima quantità se ui parerà per qualche rasoneuol respetto potrete dar licentia à quelli nobeli et populari et cusi eseguirete.

Item, che altri lignami non possi esser estratti fuor della isola per altri, che per quelli de Curzula cum le sue barche, sotto detta pena giusta il suo priuilegio circa ciò disponente.

In quorum fidem etc.

Datum Liesinae iv. Octobris. MDxij.

LXXIX. DECISIO ADUOCATORIS COMMUNIS VENETIARUM,
quod in villa Blattae tam per nobiles, quam per alios habentes agros concorditer eligantur pudarij, seu custodes agrorum.

*Spectabilis et egregie vir amice charissime!*

Ex grauamine nobis facto nomine hominum et uniuersitatis villae Blattae insulae istius intelleximus, quod licet fuerit ex decreto senatus statutum, quod circa electionem custodum ruralium seruaretur antiqua consuetudo, quae semper fuerat, quod talis electio fieret concorditer per nobiles et ciues habentes agros et vineas in loco praedicto; uidetur tamen modo deliberationi et ordini praedicto esse contra factum; et hoc quia soli nobiles ibi commorantes uolunt eligere pudarios et alios deputatos custodum agrorum praedictorum, quod est etiam contra id, quod continue seruatur per ciuitatem et totam insulam istam, quod uidelicet et nobiles et populares habentes campos et vineas eligunt concorditer inter se custodes praedictos; super quo implorato modo suffragio magistratus nostri, uestrae propterea dicimus spectabilitati et sic illam ex offitio nostro requirimus, quatenus uelit circa electionem talium custodum seruare antiquam consuetudinem et id quod seruatur in ciuitate et tota insula, sicuti iustum est, ut omnia cum aequalitate iuxta antiquam consuetudinem procedant.

Nicolaus Delphino, aduocator communis Venetiarum die xxvij Februarij MDxiv.

A tergo:

Spectabili et egregio viro domino Hieronymo Justiniano, Curzulae comiti honorando, amico charissimo.

Receptae die xiv. Maij. MDxv.

LXXX. LITTERA DUCALIS XXVIJ[a]
de mercibus omnibus Venetias conducendis, cum nonnullis declarationibus, ut in ea.

*Leonardus Lauredanus, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus Hieronymo Justiniano de suo mandato comiti Curzulae et susccessoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Essendo da fare ogni prouisione per ogni possibil mezzo, che tutte le mercadantie de ogni sorte uengano condutte in questa città nostra de Venetia e da fare ogni commodità et abiltà ad cadauno per ditto effetto; et però ue significamo esser sta preso parte a dì xviij. dell' instante nel conseglio nostro dè Pregadi del tenor

infrascritto uidelicet: Sede, polueri, grane, zambellotti, cere, cordouani, schiauine, uallonie, japedi, feltroni, maschi et cadauna sorte de specie menude, solite uenir della Romania alta et bassa et Grecia possino uenir liberamente in questa nostra città cum cadauna sorte de nostri nauilij, pagando i datij et dritti consueti solamente et siano exempti de tutte decime nostre; et le sede, poluere et grane ueramente non siano obligade ad pagar altro datio, solum quello, che pagano quando ueneno cum le galie nostre de mercado. Item le sede, grane et poluere sijno obligate ad pagar alle galie nostre de mercado li mezi noli consueti alla signoria nostra; et uenendo quelle cum le galie paghino tutto el nolo consueto et siano obligati à pagar mezzo nolo; dichiarando che le sede che ueneno da Constantinopoli della sorte, che uien de Soria, non abbino el beneficio de esser exempti da decime, mà debbi pagar tutté quelle grauezze, che pagaranno le altre robbe, che ueniranno da Constantinopoli non nominate de supra; mà ben possino uenir cum ogni nostro nauilio.

Sij etiam preso, che similmente compita la affictation del datio, che al presente è affitado à Corfù, posto per el nobil huomo Antonio Loredan da poi la guerra Turchesca sij leuato, ritornando i datij nel primo esser come erano auanti la preditta guerra, si che le mercadantie liberamente uegnino giusta el bisogno nostro, cum questa espressa condition, che tutti quelli condurano per Venezia le mercadantie sue siano obligati à darle in nota al reggimento nostro de Corfù, ouer altri reggimenti à capo per capo distintamente, et ulterius dar de li bona et secura piezaria de farle condur in questa nostra città de Venetia, essendo obligato esso reggimento mandar de quì alla signoria nostra una particular nota de mese in mese de tutte le mercadantie, che per cadauno li serà sta dichiarite, acciò se possi ueder quelli auranno fatto il debito suo et far satisfar quelli, che defraudasseno la signoria nostra; le qual fede sijno pòi mandate alli prouededori sopra i datij, i qual abbino tal cargo et sijno obligati scontrar esse fede. Et perchè à tutte le mercadantie, che uien in questa nostra città, se conuien far bollettini per tutti li officij nostri, doue alli mercadanti forestieri è grandissimo fastidio, però li offitij nostri, che teneno simil debitori, sijno obligati ad mandar à doana li alfabetti de debitori de mesi quattro in mesi quattro, si che li à doanna possino ueder quelli sono debitori senza darli questo carico de andar cercando ai offitij; et per i proueditori nostri sopra i datij sijno sottoscritte le bollette giusta

solito, alli qual sia imposto questa materia; et sia obligato uno de loro ogni zorno esser à doana giusta el consueto.

Praeterea, perchè se uede espressamente, che li sansari, che fanno mercado in questa nostra città, ad consignar le robbe in terre et luoghi alieni sono in gran parte causa de deuiar le mercadantie de quì: sij etiam statuido, che de cetero niun sansaro sotto pena de priuation della sansaria sua et de ducati cc per cadauno et ulterius de immediato esilio de questa nostra città, possi più far mercado alcuno à consegnar robbe in terre aliene, mà tutti li loro mercadi, che faranno, faccino da esser portade et consignade in questa nostra città, et sel serà troua alcuno sansaro, che contrafacesse al presente ordine et sij accusato, quello, che auerà fatta l'accusa et trouata che sij la uerità, sij immediate substituito in luoco del contrafacente et abbi la mità della pena et altra mità sia del reggimento, ouer magistrato, à cui serà sta data la accusa, nè se li possi far gratia. Li sanseri, che etiam andaranno à far le mercadantie sopra le fiere, caschino alla medesima pena di soprascritti. Et perchè li patroni delle naue et nauilij nostri hanno tolta tanta libertà, che nullo habitu respectu uanno à cargar robbe in Ancona et altri luoghi sotto uento dentro del Colfo, le qual doueriano uenir, che è à gran pregiudizio et danno delli datij nostri; però sia preso, che alcuna naue ò nauilio nostro non possi andar à cargar robba alcuna in alcuno luogo sotto uento in Colfo, sotto pena al patron de perder el nauilio et ducati cc. et bandito de Venezia et dalla patria sua perpetuamente et alli mercadanti de perder le robbe et pagar ducati cc, la qual pena sij diuisa per terzo, uidelicet un terzo sij dell accusador, qual sij tenuto secreto, un terzo delli rettori doue serà fatta la denuncia, et uno terzo della signoria nostra, exceptuando li nauilij, che cargano li ogli, mandole, noxe, castagne et altre simil mercadantie sono solite cargarsi per Alessandria, Candia et per condur à Venezia, Barutto et altri luoghi, purchè non sijno deuedade per le leze nostre.

Item sij preso, che tutte naue e nauilij nostri non possano nolizar, nè descargar cosa alcuna dentro del Colfo, saluo per questa et in questa città sotto tutte le pene soprascritte, non obstante parte alcuna, che quomodocumque permettesse alcuna delle soprascritte cose in contrario, le qual in tutto et per tutto quanto in questo se intendino esser reuocade; et perchè per li rettori et magistrati nostri à questi tal contrafacenti uien fatto gratia et precipue li patroni delli nauilij, che conduseno le robbe in simil luoghi

uel Colfo et non se curano de conducerli se non in poca condemnation, che è de poco danno alli contrafacenti; però sij preso, che alcuno reggimento, nè magistrato nostro non abbi libertà de far gratia alcuna, sotto pena contrauenendo à questo de pagar loro la pena de ducati cc; della qual la mità sij dell'accusador, e l'altra mità delli auogadori de commun, ò dei prouededori de commun, uidelicet doue prima serà fatta la denuncia, la qual pena possino tuor senza altro conseglio; quali etiam non possino far gratia se non per parte presa in questo conseglio cum i quattro quinti delle ballotte et se alcuno à cui fosse fatta gratia desse la denuncia alli auogadori nostri de commun, ò alli prouedadori de commun et constasse della uerità, quelli tali siano absolti da ogni condemnation et bando, et quelli tali reggimenti et magistrati auesseno fatto la gratia, cascano in quella medesima pena, la qual sia scossà senza altro conseglio.

Item etiam questa causa sij commessa alli sindici nostri, che de tempo in tempo andaranno in Leuante, i qual abbino quella autorità, che per questa parte uien data alli auogadori et proueditori nostri de commun.

Quare authoritate suprascripta mandamus uobis, ut suprascriptam partem et contenta in ea inuiolabiliter obseruetis, obseruarique ab omnibus facietis, ac etiam publicari ad omnium intelligentiam et has nostras ad successorum memoriam registrari in actis cancellariae uestrae.

Datum in nostro ducali palatio, die xxij. Maij, indictione ij. MDxiv.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus uiris Hieronymo Justiniano, comiti Curzulae et succesoribus suis.

Receptae die xx. Junij MDxiv. et eodem die publicatae ante logiam Cancellariae.

LXXXI. LITTERA DUCALIS XXVIIJ$^{a}$,
qua conceditur Curzulanis, posse in Apulia et Marchia Anconitana nauigare et ibi aliquas merces conducere et alias extrahere.

*Leonardus Lauredanus, Dei gratia dux Venetiarum etc.*

Nobilibus et sapientibus uiris Hieronymo Justiniano de suo mandato comiti Curzulae et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Oggi nel conseglio nostro de Pregadi abbiamo statuito, che non obstante la parte presa a di xviij. de Mazo in ditto conseglio, per

la qual è deuedato à tutti i subditi nostri de poter cargar alcuna sorte de mercadantie nisi per questa città nostra de Venetia, quella fidelissima communità de Curzula possi nauigare in Puglia et in la marca Schiauine senza pelo, rassoni et rassa et etiam cordouani, che fosseno fatti in quella terra de Curzula, il che li abbiamo concesso per suo utile et commodo, sapendo, che del tratto de tal robbe comprano altre cose per uso de quella città nostra: pertanto cum eodem senatu hanne parso scriuerui le presente et per intelligentia uostra et acciò lo facciate intender à quella fidelissima communità, in beneficio della quale è sta per nui fatta tal deliberation et le presenti farete registrar in cancellaria ad futurorum memoriam.

Datum in nostro ducali palatio die xxiv. Julij, indictione ij. MDxiv.

A tergo:

Nobilibus et sapientibus viris Hieronymo Justiniano comiti Curzulae et successoribus suis.

LXXXII. DECISIO COMITIS

de uendentibus uinum ad spinam et de eius datio; et quod iudices quotidie adesse debent rectoribus, nec possint discedere a ciuitate sine eius licentia; sed circa hoc posterius capitulum fuit cassa.

Nos Hieronymus Justinianus, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae.

Siando comparso ieri mattina in loza della marina li datiari della spina insieme cum ms. Stefano Paparcich siando frà loro in differentia, pretendando, che el ditto ms. Stefano pagasse certo datio et lui defendandose, che non doueuano pagar saluo una minima quantità, perchè li ordeni de questa terra dispone, che de tanto vin, quanto se uende alla spina se paga de ogni xvij. uno; et ms. Antonio d'Angelo participo in el datio all'incontro respondeuano, che non si puol metter vin à spina se uno de datieri non tuol el scemo del uasello et non siando tolto el scemo che de tanto quanto tien el uasello, tanto el die pagar; et questo uuol li ordèni et consuetudine de questa città: per la qual cosa uoltando uerso ms. Zan Zorci giudise acciò el ne possi dar uera information per la obligation del suo offitio, come è consueto, che li giudisi mazor, li quali se fanno ogni sie mesi per questo conseglio de Curzula è obligadi dar uera information alli rettori delle leze, ordeni et consuetudine della terra, perchè dalli altri de fuora uia non si poriano auer uera information, sì per parentà, come per amicitia, ouer de conuerso per qualche offesa, ouer odio; digando à ditto meser Zuanne, che

ui par, che è consuetudine et ordeni de questa terra, el qual ne rispose, che lui era nouo in questa terra, et che tutto el suo tempo auea fatto in altre parti come sà cadauno et che non mi sapeua dar alcuna information; però uedendo, che altri dui giudisi fatti per el conseglio, che sono ms. Marin Ostrich et ms. Priamo Simonetti sono in la uilla et per auanti el più delle uolte li giudisi non se troua in la terra, mà uanno fuora senza saputa et licentia del rettor et non si curano de attender al suo offitio accompagnando li rettori, nè darli quando accade le information necessarie, mà stanno li mesi in la uilla desprisiando il luoco à lor deputatoli, però ni è parso de poueder, che de cetero li giudisi mazor sia obligati, che cadauna uolta, che i rettori inscirà al suon della campanella, i se debbia trouar appresso de loro, accompagnarli fina il suo ritorno per uenir al palazzo, sotto pena à quelli contrafaranno de pagar perperi uno per cadauna uolta fina al numero de quattro uolte li contrafarà; et contrafazendo la quinta uolta, sia priuo del giudigà; la qual pena uadi in la communità. Ma in caso li accadesse andar per qualche sua facenda, non possi partirse saluo cum licentia delli rettori et questo acciò cadauno abbi causa de far il suo offitio legalmente.

Publicata die Veneris iij. Nouembris, indictione ij. in logia marinae, presentibus domino Abel q. domini Joannis, Antonio Paridis, Antonio Roxenouich et alijs quam pluribus. MDxiv.

Die ix. Decembris cassa fuit suprascripta sententia per magnificum et clarissimum Augustinum de Mula, prouisorem et sindicum Dalmatiae, ut constat ex authentico registrato in registris litterarum.

### LXXXIII. DECISIO COMITIS,

qua statuitur, quod datiarij in termino dierum octo dent plegios; et si secus fecerint, denuo incantentur datia ad eorum damnum.

*MDxiv.*

Nos Hieronymus Justinianus, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae.

Comparuit coram nobis heri dominus Joannes Gabriellis sub logia marinae, presentibus multis nobilibus et ciuibus dicens, quod cum esset iudexdi ebus praeteritis, fuerunt incantata quaedam datia et blada, vina et scopuli communitatis, quae nondum sunt notata in libris incantorum secundum consuetum et che ancora che passado el termene delli otto zorni non dagando li sui piezi dieno esser incantadi à danno de quelli hanno incantado et tolto ditti datij

*

non se curano de obedir, rechiedandone supra de questo abbiamo à proueder, perchè lui come giudice non uorria incorrer in qualche danno, mà che tutto di esser notado in libri della communità ordinariamente. Considerando che à questa cosa è necessario à proueder à beneficio de questa communià, terminemo cum nostro giudise ms. Zan Zorzi de Nicomilijs, che quelli che al presente hanno tolto li datij, biaue, uini et scogli della communità et quelli etiam de cetero torranno ut supra, abbino termene de zorni otto de andar in cancellaria et farsi notar in libri della communità segondo el consueto et non andagando in ditto termene immediate cazano à pena de diese per cento et el cauedal insieme cum la pena immediate el zorno sequente el cancilier sia tenuto sotto pena de perperi x. et immediate esser priuo della cancellaria de notar li preditti, che non seranno uenuti in tempo de otto zorni, la summa de quanto haranno tolto li datij, uini, biaue et scogli cum la pena de x. per cento appresso, uidelicet se haranno tolto per L. c. notar L. cx. in conto del ditto incanto in ditti libri et tutto sì el cauedal, come la pena uadino in la communità et el camerlengo, che se trouarà in quel tempo, sia tenuto pagar immediate la mercede del cancilier del denaro della communità, come pagariano li conduttori dei ditti datij sotto pena de perperi cinque et esser priui del camerlengado, et questo acciò tutto uada cum el suo ordene et che i se forzano de far tanto quanto è ditto de supra.

In libro sententiarum tertio.

LXXXIV. DECISIO COMITIS
de scalis per urbem sine licentia comitis non faciendis.

*Die xij. Junij. MDxvj.*

Magnificus et generosus dominus Aurelius Michael Comes Curzulae dignissimus cum suis iudicibus domino Francisco Angeli, domino Pasquale Ismaellis et domino Joanne de Gabriellis, auditis in contradictorio iuditio domino Marino de Gabriellis, nomine domini Raphaelis patris sui et ut ipse retulit, aliorum uicinorum in eadem uia et ser. Andrea Sole, una cum ser. Joanne Gallo, nomine ser. Christophori de Margotijs circa fabricam cuiusdam scalae inchoatae ante domum dicti ser. Christophori contra domum dicti domini Raphaelis Gabriellis et prope turrem Chergnani dicentibus et allegantibus de iuribus suis; viso ipso loco differentiae et considerata incommoditate, quae ex dicta scala omnibus uicinis contingeret et alijs multis rationibus et causis; audito etiam domino Antonio Pa-

ridis uti aduocato communitatis petente nomine dictae communitatis una cum alijs multis et requirente, ut in executione partis captae in generali consilio huius ciuitatis sub die xiv. Februarij, Mcccclj. et confirmatae per litteras illustrissimi ducalis dominij Venetiarum, datas sub xxviij. Aprilis, Mcccclj. sua magnificentia decernere uellet, ne dicta scala in dicto loco fabricari posset, nec de cetero quisquam super uias publicas posset aliquam scalam fabricare: uisis dicta parte et litteris, omnibusque mature consideratis sententiauit et terminauit una cum suis praefatis iudicibus ut neque dicta scala, neque alia aliqua in quacumque uia ciuitatis per aliquem de cetero fabricari possit sine expressa licentia magnifici domini comitis, quicumque illo tempore fuerit.

Testes: dominus Marinus de Canauellis, dominus Seraphinus Grupsich.

LXXXV. DECISIO COMITIS,
qua statuitur ordo piscandi ad euitandas confusiones et damna datiariorum.

*Die xxi. Junij, MDxvj.*

Magnificus et generosus dominus comes, sedens sub logia marinae, auditis plurimis differentijs inter piscatores de ordine piscandi et considerato damno, quod tam ipsis piscatoribus, quam datiarijs et alijs multis causatur ex talibus eorum differentijs, habita super hoc debita informatione, et admonitis ipsis capitibus tractarum, qui omnes ibi praesentes ad audiendam hanc suam diffinitiuam sententiam et iudiciale decretum conuenerant, terminauit, ut in futurum seruetur hic ordo piscandi: ut qui primus cum luminari suo inuenerit pisces et conduxerit ipsos in sua posta, statim debeat uocare piscatores suae tractae, qui debeant ire et extendere suam tractam et nemo audet eos ullo modo impedire, aut ducere alios pisces ad dictam postam, quousque primi illi non traxerint totam suam tractam et collegerint pisces captos, quod tamen cum omni festinatione facere debeant; et hic ordo seruetur etiam in ceteris, qui eodem ordine debeant conducere pisces ad eamdem postam, ut scilicet prius inuenient et ducent in posta et nemo audeat eos impedire, sub poena unicuique contrafacienti iperperorum trium inremissionabiliter exigendorum et diuidendorum parte dimidia inter accusatorem et communitatem et reficiendi damnum, quod fecerit priori piscatori, qui impeditus fuerit.

Testes: dominus Antonius Bernardi, dominus Andreas Canauellus.

LXXXVI. DECISIO COMITIS,
qua statuitur, quod instrumenta uenditionum, donationum, cessionum, permutationum, recuperationum, obligationum, liuellationum et pignorationum sine stridis sint nullius uigoris.

*Die ultimo Julij. MDxvj.*

Nos Aurelius Michael pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae, sedentes sub logia marinae, attento, quod ex mala, sed iam inueterata consuetudine huius ciuitatis in dies fieri solent multae uenditiones, donationes, cessiones, permutationes, recuperationes et obligationes, liuellationes et pignorationes rerum stabilium quasi occulte et sine suis stridis et ex hoc occultatione necesse est conditiones tam domorum, quam possessionum ignorari, ex quo multae fraudes et doli fieri possunt et prope quotidie his de causis nouae lites oriuntur: ea propter uolentes huiuscemodi fraudibus et litibus obuiare et cauere, ne quisquam posthac decipi hoc pacto possit: statuimus et terminamus et sententiamus una cum honorandis iudicibus nostris domino Francisco Angeli et domino Pasquali Ismaelle, absente domino Joanne Gabriellis tertio iudice, ut nullum ex supradictis instrumentis, quae de cetero fient, ualeat, neque teneat, nisi die et loco consueto debite stridatum et proclamatum fuerit: aliter per se ipsum intelligatur esse uanum, irritum et nullius uigoris.

Testes: dominus Andreas Canauellus, ser. Joannes de Martino et alij.

LXXXVII. DECISIO COMITIS
pro condemnatis in absentia, quod possint recuperare contumaciam intra quindecim dies, soluendo expensas litis.

*Die ultimo Julij. MDxvj.*

Nos Aurelius Michael, pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes Curzulae, sedentes sub logia marinae, attento, quod multi citati ad comparendum in iuditio coram regimine huius ciuitatis et in iure respondendum cuicumque aliquid ab eo petere intendenti, propter uarias causas et negotia occurrentia die et hora debita praesentialiter iudicio adesse non possunt et ita excidunt iuribus suis et propter absentiam suam et contumaciam interdum etiam innocentes condemnantur: ea propter uolentes huiuscemodi innocentibus succurrere et ut omnibus uia iustitiae aeque aperta sit, statuimus, terminamus et sententiamus una cum honorandis iudicibus nostris domino Francisco Angeli et

domino Pasquali Ismaelle, absente domino Joanne de Gabriellis tertio iudice, ut de cetero omnes, qui personaliter citati fuerint ut supra et postea non comparentes die uel horà debita propter absentiam et contumaciam suam condemnati et sententiati fuerint, possint infra terminum quindecim dierum post lationem sententiae redimere contumaciam suam, soluendo statim omnes expensas, quae usque in illam diem causa illius litis factae fuissent et ualeant de nouo uti iuribus suis, ita ut prior sententia, facta in eorum absentia intelligatur esse nullius ualoris. Illi uero, qui absentes per stridorem citati fuerint et infra terminum sibi assignatum non comparuerint, sed in sua absentia et contumacia fuerint sententiati, possint infra unum mensem post lationem sententiae redimere suam contumaciam, soluendo statim expensas ut supra; et illa prior sententia in absentia eorum facta intelligatur nullius ualoris; sed possint de nouo uti iuribus suis ac si nunquam sententiati fuissent: statuentes et terminantes, ut nulla sententia facta in absentia et contumacia alicuius possit extrahi, neque mitti ad executionem infra terminum, quo contumacia ut supra redimi poterit; quo termino elapso, sententia remaneat firma et ualida.

Testes: dominus Andreas Canauellus, ser. Joannes de Martino.

### LXXXVIII. DECISIO COMITIS,

**qua statuitur, quod nullus pastoris exercitium agens, in postichum possit eligi.**

*Die v. Februarij. MDxx.*

Magnificus et generosus dominus Melchior Natalis, comes Curzulae dignissimus, visis attestationibus et considerato, neminem in causa propria esse posse legitimum iudicem, neque testem et minus sui accusatorem propter amorem proprij beneficij, cassauit et annullauit electionem postichiorum, tamquam male et indebite factam et in euidentissimum detrimentum seminationum, quae damnificantur per animalia; statuens de cetero neminem ex pastoribus insulae et qui pastorale agit exercitium, eligi posse in postichum.

Testes: dominus Antonius Paridis, dominus Nicolaus Junius.

In libro Extraordinariorum ad ca. lx.

LXXXIX. DECISIO COMITIS

de camerario communis, quod de mense in mensem reponere debeat pecunias exactas in capsa sub tribus clauibus; nec possit ullam extraordinariam expensam facere sine licentia comitis.

*Magnificus et generosus dominus Melchior Natalis, comes Curzulae dignissimus.*

Vegliando nui per esecutione delli statuti de questa città proueder, che de cetero sia seruado ogni fidelità et diligentia in administration delli denari de questo commun, delli qual principalmente se hà à pagar el nostro salario per attender alla taxa limitada à esso salario per lo eccellentissimo conseglio de Dieci della illustrissima ducal signoria de Venezia, per uigor dell officio nostro dicemo, dichiarimo, et terminemo, che tutti et cadauni denari, così de datij, come de condennasion, ouer per cadauna altra causa à questo commun aspettanti se debbino scoder per el camerlengo de commun eletto in questo conseglio, i qual denari scossi sia tegnudo et debbia esso camerlengo à mese per mese reponer in capsa del commun sotto trè chiaue, una uidelicet appresso de nui, la seconda appresso el iudice senior, la terza appresso esso camerario, el qual camerario sia tenuto et debbia à nui et al più uecchio giudice in poliza ogni mese mostrar bona rason et bon conto de denari receuudi et dadi de raxon de questo commun sotto irremissibil pena de priuation dell offitio et pagar el quarto ultra el capitale douesse dar, el qual quarto sia integraliter del commun de Curzula: mà passadi ueramente i mesi sie, subito sia tenuto et debbia cum solenne giuramento render raxon et far el calculo delli danari preditti dauanti nui, giudici nuoui et uecchi, camerlengo successor et aduocati del commun, ac etiam altri nobeli de more chiamadi et saldar la capsa sua illicò in numerata pecunia et la chiaue et denari douesse dar alla capsa, consignar in capsa al successor suo, sotto pena de pagar el quarto ut supra et da esser applicado al commun et priuation dell'offitio del camerlengado per anni dieci et in ditto tempo da esser stridado per furante, quando se congrega questo conseglio.

Item dicemo, dichiarimo et terminemo, che el camerlengo de commun non possa far alcuna spesa estraordinaria per questo commun delli denari de questo commun; nè far pagamento ad alcun creditor de questo commun, se non fin à perpero uno et da lì supra cum notitia et licentia nostra, sotto pena de perder tutto quello auesse speso, ouer pagado, nè possa escomputar per

se aut per altra persona el debito del commun cum el credito del commun, sotte pena de refar del suo proprio illicò et in numerata pecunia et ultra soldi due per lira da esser applicada integraliter al commun de Curzula, saluo se non auesse fatto ditto scontamento cum licentia nostra: et siano de cetero tenuti et sicome nelli incanti nostri li debitori del commun pagar li debiti sui alli tempi debiti sotto pena de soldi due per lira, da esser applicadi al camerlengo, il quale ditti debiti effectualiter esiggerà et sel uorrà remetter la pena cum giuramento, uegna essa pena in commun; verum la capsa del commun pro nunc et fin sia trouato luoco più idoneo et securo star debbia et così sia posta in camera del nostro palazzo sotto trè chiaue ut supra, nella qual capsa se debbiano seruar li quaderni, raxon et denari de questo commun segondo che de mese in mese per el camerlengo se scuoderanno, come è ditto de sopra et questo per ogni uia, modo, raxon et forma, per i qual meglio si quol far dicemo, dichiarimo et terminemo et cusi inuiolabiliter esser obseruado deliberemo per autorità del reggimento nostro.

Lata, lecta et publicata per me cancellarium in sala palatij regiminis, cum esset congregatum consilium nobilium Curzulae, immediate antequam fieret electio camerarij, die xxiij. Aprilis. MDxx.

In libro Extraordinariorum ad ca. lxvij.

XC. LITTERA DUCALIS XXIX$^{a}$,
qua in armandis triremibus statuitur quis et quantum habere debeat pro salario et stipendio suo.

*Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc.*

Nobili et sapienti viro Melchiori Natali de suo mandato comiti Curzulae, fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Auemo deliberato cum el senato nostro, che de lì si armi una galia cum le condition et modi della parte ultimamente presa circa l' armar, la copia della qual ui auemo mandata inclusa in queste lettere. Pertanto ue commettemo, che immediate faciate far per el conseglio de questa città nostra la ellettione de uno supracomito, al quale imponerete, che subito se conferisca in questa città, perchè li faremo consegnar la galia et li denari cum celere espeditione et che auanti el partir suo el lassi ordene de lì, che le zurme siano preparate cum diligentia, siche gionto de lì senza dilatione el si possa espedire, al che uui ancora auerete cura cum la diligentia uostra consueta; et della esecution ne darete auuiso.

Datum in nostro ducali palatio die xxviij. Apr., indictione viij. MDxx.

A tergo:
Nobili et sapienti viro Melchiori Natali comiti Curzulae.
Receptae die xxi. Maij MDxx.

## Tenor partis suprascriptae, missae in dictis litteris ducalibus.

*Exemplum quorumdam capitulorum partis captae in consilio Rogatornm die j. Martij, MDxix.*

Et perchè come e supraditto el non saldar i crediti della ditta marinareza e zurme è causa de farle andar uia, è necessario proueder à questo talmente regolando i pagamenti delle ditte galie, come inferius se dichiarirà, ch' el sia etiam satisfation sua e utilità della signoria nostra, et che al suo ritorno possino esser saldati tutti li sui crediti senza alcuna retention; del qual pagamento limitado se hà ueduto chiaramente ditta marinareza contentarsi per lo armar, che hanno fatto li sopracomiti che armorno à sue spese, quali esbursorno assai manco denari, de quelli li uien statuito ora; et però sia deliberato, che tutti i pagamenti delle galie, qual de cetero se armaranno, siano fatti in questo modo, uidelicet:

| | | |
|---|---|---|
| capitanio zeneral de mar per suo salario al mese netto da xxx. et xl per cento | *duc.* l; | |
| per spese de sui deputadi à sol. v. per iv. al zorno per un mese | *duc.* xcv; | |
| armiraio al mese | — | *L.* l; |
| comito | — | *L.* xl; |
| paron | — | *L.* xxx; |
| sopramasser | — | *L.* xxx; |
| cancilier | — | *L.* xxxvj; |
| scriuan | — | *L.* xxiv; |
| interprete | — | *L.* xxx; |
| ciroico | — | *L.* l; |
| pedotta | — | *L.* xx; |
| maistranze et compagni de stendardo | — | *L.* xvj; |
| pifari et tromboni | — | *L.* xl; |
| compagni d'arboro | — | *L.* xv; |
| proueri | — | *L.* x; |
| portolatti | — | *L.* ix; |
| galiotti | — | *L.* viij; |
| nobili | — | *L.* xl; |
| capellan | — | *L.* xv; |
| ij bombarderi | — | *L.* xxx; |
| ij bombarderi | — | *L.* xviij; |
| schioppetieri | — | *L.* xij; |
| prouededor de salario ut supra al mese | *duc.* xl; | |
| per spese ut supra netti | *duc.* lxxxv; | |
| ciroico, altri salariadi al modo, de quelli del capitanio zeneral supraditto; | | |

capitanio delle galie bastarde per salario netto al mese ut supra . . . . . *duc.* xxv;
per spese ut supra . . . . . *duc.* xcij;
altri salariadi ut supra. —

*Passati li quattro mesi:*

capitanio zeneral per suo salario al mese netto ut supra *duc.* l;
per spese . . . . . *duc.* xcv;
armiraio . . . . . — *L.* xl;
comito . . . . . — *L.* xxxv;
paron . . . . . — *L.* xxiv;
sopramasser . . . . . — *L.* xxiv;
scriuan . . . . . — *L.* xviij;
cancilier . . . . . — *L.* xxxvj;
interprete . . . . . — *L.* xxij;
ciroico . . . . . — *L.* xxxvj;
pedotta . . . . . — *L.* xv;
maistranze et compagni de stendardo . . . . . — *L.* xij;
pifari . . . . . — *L.* xxx;
compagni d' arboro . . . . . — *L.* xi;
proueri . . . . . — *L.* viij;
portolatti . . . . . — *L.* vij;
galiotti . . . . . — *L.* vj;
nobili . . . . . — *L.* xl;
capellan . . . . . — *L.* xj;
ij bombarderi . . . . . — *L.* xxij;
ij bombarderi . . . . . — *L.* xij;
schioppeteri . . . . . — *L.* ix;

*Passati li quattro mesi:*

prouededor per salario netto al mese . . . . . *duc.* xl;
per spese . . . . . *duc.* lxxxv;
altri salariadi al modo ut supra;
capitanio delle galie bastarde per salario netto ut supra *duc.* xxv;
per spese . . . . . *duc.* xcij;
altri salariadi ut supra;
sopracomiti delle galie per bastarde per salario netto ut supra . . . . . *duc.* x;
per spese ut supra . . . . . *duc.* lxxxj;
altri salariadi ut supra;
sopracomiti delle galie sottil per salario netto ut supra *duc.* x;
per spese ut supra . . . . . *duc.* lxviij;
altri salariadi al modo ut supra. —

Le souuention ueramente se debba mandar alle prefate galie ogni do mesi per i ditti prouededori da poi compidi i quattro mesi delli denari della paga aueranno toccato el passado il tempo limitado, uidelicet à quelli de mesi vj; et à quelli de mesi xviij, sia obligato el capitanio general, ò prouededor, che serà fuora farli cerca et licentiarli per uenir à desarmare: et li ditti sopracomiti non possino restar fuori, se non cum mandato in scriptura del ditto ca-

pitanio, ò prouededor, nel qual se debbi dichiarir la causa, per la qual el uien retenuto, altramente restando non li corri più salario alcuno.

Ora de dal zorno, che à ditte galie à Corfù serà fatta la cerca per prouededor, ò per altri, abbino termine de zorni xx. de uenirsene in Istria et stando più non li corri salario alcuno.

Le spese etiam che seranno fatte per capitanij, per prouededori et supracomiti in tuor homeni et far altri concieri et spese, segondo el solito, alli prefati nel suo ritorno li siano satisfatti de contadi di supraditti denari limitadi.

Et siano obligati per conseruation delle galie sì capitanij, come li supracomiti et altri à impalmar et nombolizar do uolte all' anno sotto pena de ducati l. per ogni uolta che mancasseno.

Et acciò sia fatto ogni auantazo ai galliotti et cessino da ogni spesa da mò sia preso, che per il sopramasser non li sia tolto nel dar della souuention de fuora più de soldi due per uno una uolta tantum. Et per l' interzar trà il masser et scriuan non li sia tolto più de soldi quattro; nè alli prefati galiotti nell' armar de qui non li sia retenuta cosa alcuna per spesa de armar dell' arsenal nostro.

E perchè abbino caussa de non fallir, sia etiam preso, che quelli, che seranno piezi per i ditti galiotti se per caso falliranno, i piezi siano obligati à satisfar in contadi tanto, quanto el ditto fallito non auesse luirado del denaro tolto; el resto abbià pagar segondo l' ordene della camera.

Et in loco de balestreri mandar se debbino schioppettieri, di qual mancandone alcuno non possi esser messo in suo loco, se non serà prattico del mestier sotto pena al sopracomito de perder le spese.

Et li ditti schioppettieri auer debbino un schioppetto per un dall' arsenal nostro, et al ritorno suo non lo restituendo, sia fatto pagar à *L. viij* l' uno et li piezi insieme cum li principali siano obligati à ditta restitution: possendo il sopracomito in loco di quattro homeni, cioè, scalco, coquo, canauer, fante de pizuol scriuerli per homeni da remo et non per altro.

In libro Extraordinariorum ca. xviij. tempore magnifici domini Melchioris Natalis.

### XCI. DECISIO COMITIS
de lignaminibus, theda et carbonibus non extrahendis per forenses; de damnis in fructibus et de incendijs.

*Magnificus et generosus dominus Melchior Natalis comes Curzulae.*

Audita la rechiesta de molti nobeli et uniuersaliter de tutti cittadini et populari de questa città, dimandanti dauanti de nui sia fatta quella optima et necessaria prouisione se conuien, ch' el non sia estratto de questa insula tede, nè alcun ligname proibito per le leze de questa città, nè far carboni, nè esser estratti, nè metter fuoco per la insula per esboscar per causa de minima utilità de semenasion; perchè tutte queste cose se seranno concesse et tolerade, ormai li poueri homeni cittadini et populari non poteranno più uiuer, nè esercitar l' arte sua; mà se seranno cum debito re-

